

πενταχός. γίνεται δὲ καὶ τὸ δάκρυον ἐξ αὐτοῦ ὅμοιον τῇ μύρρᾳ. οἱ δὲ Φασιν ὄλως μύρραν. τὸ δὲ ὄρεος λινον μείζον εἴη διαφορεῖς ἔχει. τὸ μὲν γὰρ φύλλον ἔσικε κονιών πίστα δὲ λεπτή. τὸν δὲ καρπὸν ἔχει καθέπερ αἴγανον. πλευραὶ εἰλατίω. διδόσασι δὲ τὸν ἐν σινώδεις περιτῶν γυναικείου χάριν. ἔντα δὲ ὄλως αἵσιμοβλῆτα τοῖς ημέροις εἰσὶ, κατάγε τὰς χυλάς καὶ τὰς διωμάτες.

ἄστεο σικυόν, πάχεια καὶ ὁ ἥμερος. αἷλος ἐκ τῆς περιστερᾶς ἔχει τὴν ὄμοιότητα, καθέπερ καὶ τὰ τῆς σεφανώμασιν ή ιωνία. τὸ γαρ φύλλον ἔχει παρόμοιον. τύτων μὲν τὸν τοιούτον εἰρημένοις αἱ διαφοραί.

## JULII SCALIGERI AD CAP. VI.

**T**O ἡ ἵστις γῶνον οὐκ ξενεγ. Litera γ', significat tria inter notas numerorum. Fortasse hic ita scriptum fuit: ut sit τὸ δὲ τριπλον. Id est, τριτον. Εἰς notabilis varietatem orationis, δίτον μὲν, δίτον δὲ τριτον. τὸ δὲ τριτον. Lego enim δίτον, non autem δίτον, ut scriptum est. In libri sequentis cap. ultimo, cum secundum hanc eandem sententiam loquitur, dicit τὰ δὲ τριπλεῖσθαι. Dubito igitur an hic malit quispiam, τὸ δὲ τριπλεῖσθαι.

Διὰ τὸν αὐτονόμον, καὶ τὸν Καίλυστον. Theodorus, ut quae partim reprirarint. Expirarint potius. Exhalarint melius. Semina vapida non sine eruditione & argutia dices. Καίλυστον, non est recte scriptum. neque vero ei vox vox ulla proprior est, quam κόλυστον. Verbo κόλυστον, frequenter utitur

tamen. Datur in vino & austero gratia menstruo. & Generoforum. Quædam cum \* supradictis nullatenus succo aut viribus convenient. Ut cucumis sylvestris \* Vibanius, urbano nulla ratione potest conferri, sed aspectus tantum similitudinem gerit. Quemadmodum in coronariis violæ accidit. Folium enim habet consimile. Horum igitur differentias ex predictis hisce accipies.

Αἴσιμον τὸ σικυόν. Hinc caput aliud incipiendum est. Alia namque penitus materia. Theodorus αἴσιμον, arvensis. veteres, arvalia, ut arvales sacerdotes.

Αἴσιμον τὸ περιστερᾶς. lege, αὔτη. Εἰς οὖν αὐτονόμον Mirum in vino astringente dare ad appetienda menstrua. Sicut & ponere συτηπιαν in hemagogo.

## IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

**I**N Prima capituli hujus parte docet quæ semina ad durandum firmiora & infirmiora sint; in secunda in quibus sylvestres plantæ sativis differant. Verba de seminibus in hunc ferè sensum exscripti Plinius lib. 19. c. 11. Nam quod ad permutationem seminum attinet &c. Quod διάφορον Theophrastus, Plinius permutationē vocat; plane inepit. Nam permutationē & διάφορη propriè est, mutatio à meliori ad deteriori, ut triticum in lolum, hordeum in avenam; validiora degenerant in infirmiora, quæ corruptio seminum est, & φθορά. Alter corrumpuntur semina cum ætate sunt deteriora, & impeta ad ferendum; quæ ex his firmiora sunt, diutius durant, citius corrumpuntur quæ infirmiora. Quod itaque διάφορον vocat Theophrast. male Plinius permutationē dixit. Sed forsitan non tam Plinii hic error, quam ejus librarii, qui pro perdurazione, permutationē scripsit. Hoc modo: Nam quod ad perdurationem seminum attinet, quibusdam ex iis firmitas major est ut coriandro, betœ, porro, nasturtio, sinapi, eruce, cunilæ (vide quæ supra diximus) & ferè acribus. Infirmiora sunt atriplici, ocimo, cucurbitæ, cucumbi, & cæstiva omnia. Hyberna magis durant, (vel delendum verbum durant, vel legendum minus. Vix dubium quin de suo verbum durat addiderit librarius, aut minus in magis mutarit. Sin contra; non intellexit verba Theophrasti Plinius) minime autem gethyum. Sed ex his quæ sunt fortissima, nullum ultra quadrimatum utile est, duntaxat ferendo, cuniculis (lege ex Theophrasto cum Doctiss. Pintiano ac Salmafio culinis) & ultra temperstivasunt.

Inter semina firmiora numeratur sinapi, de quo pauca dicam. Quod latini sinapi, Græci σινητη, Attici σινην vocant. Athenæus lib. 9. Εἴ τοι διὰ τοῦτο ιστον καὶ τοῦτο σινην διατηκών σινητην φαίλει τοῦτο λέγεται. νάπη μηδὲν τοῦτο σινητην φένει. οὐ φαίνεται τοῦτο καὶ οὐδὲν. σινητη διὰ τοῦτο τοῦτο (vulgo τοῦτο) ἀπαντεῖται τοῦτο. Est autem versus is ex equitibus ad hunc modum legendus, respexit nappy. Nullus enim Atticorum sinapi dixit, utrique vero sua est ratio & interpretatio: nappy etenim quasi nappy dicitur (ex ναυκλαία & φυτού natura) quoniam non sine natura sit, sed acri ac prouinde incomoda, vel aphyta, id est quia ob parvitatem natura privatum sit. Id est quod ob pusillam molem non esse aut vix esse credatur. Sinapi vero dicitur, quod olfactu lœdat oculos. Columella in hortulo,

Et lassessenti fletum factura sinapī.

Ideo sceleratam in pseudolo vocat Plautus.

Teritur sinapis scelerata, cum illis qui terunt:

Nam priusquam triverint, oculi ut extillant facit.

Contrarium docere videretur Dioscorides. οὐ δὲ χυλὸς αὐτὸν μέλιτην εργάζεται τὰ μεθελυματα. Ipsius vero sum cum

melle ad oculorum hebetudines prodest. Idem hic dicendum quod de cæpis dictum est. Trallianus lib. 7. cap. 2. σινητης vocat. Nicandro in Alexipharmacis σινητης dicitur. De sinapi variis in locis egit Theophrastus lib. 1. c. 19. succum habere inquit acrem. lib. 7. c. quinto à satione die germinare, cap. 3. semen, ferre in filiuia hoc capita inter semina ad perdurandum efficaciora numerat. Quod tamen non probat Palladius in Octobri Tit. 11. In sinapi vetus semen inutile est, vel sationi vel usui.

Sinapi sativum erucæ, aut Rapi folio Lob.



quod eligendum semen scribit Dioscorides lib. 2. c. 184. Σινητην μέλιτην εργάζεται τὰ μεθελυματα. οὐδὲν, οὐδὲν.

મી ટાલેટીન, કિન્દળ જ્વરાં કાજ ઓસે કુચલો, ગુલાસન્ન. અસ્થોત્ર  
યુ એ આસ્થોત્ર રાસ્થોત્ર. *Sinapi seu napy eligito non magnope-  
re aridum, & valde rufum atque plenum, quodque fractum  
internè viride ac veluti succosum, & glaucum conspiciantur,*  
*tale siquidem recens ac tempestivum habetur.* Idem ferè  
Palladii loco citato in *sinapi — usui*: quod dentibus fra-  
ctum, sinitus viride videbitur, novum est, si album fuerit,  
vetustatim fatetur. Genera diversa *sinapi* non videntur  
novissem heophrastus ac Dioscorides. Plinius tria descri-  
bit genera lib. 19. cap. 8. *Sunt autem trium generum: u-  
num gracile, alterum simile rapi foliis, tertium erucæ. Se-  
men optimum Ægyptium. Athenienses napy appellaverunt,  
alii thapsi, alii saurion.*

Recentiores, sinapi aliud rapi, aliud apy, (album vulgo d<sup>r</sup>atum) aliud erucæ folio; aliud filiqua hirsuta, aliud parvum filiqua alpera, aliud umbella purpurea, aliuc indicum observarunt. Quod rapi folio est, id om-

**Sinapi laveris folio.**



nes pro sativo agnoscunt, quod apy five laveris folio,  
quidam pro sativo, quidam pro sylvestri habent, uti  
quod erucæ est folio.

A'  $\alpha$  &  $\delta$   $\eta$  &c. Hunc locum ex c. ultimo lib. 8, ubi idem  
repetit, correximus. Dubitat magnus Scaliger, utrum  
scriptum fuit,  $\tau\omega \delta\pi\eta \gamma\alpha$  id est  $\tau\omega \delta\pi\eta$ , quod tertium ex-  
cedit annum. Littera enim  $\gamma$  tria inter numerorum no-  
tas significat. Sed perinde est utrum  $\tau\omega \delta\pi\eta \beta\alpha\eta\sigma$ ,  $\tau\omega \delta\pi\eta \tau\eta\sigma$ ,  
 $\tau\omega \delta\pi\eta \tau\eta\sigma$  legamus; idem enim sensus.  $\tau\omega \delta\pi\eta \gamma\alpha\sigma$  vero si-  
ne ullo scriptum fuit sensu. Pro  $\tau\omega \delta\pi\eta \tau\eta\sigma$ , quod ineptum  
plane,  $\tau\omega \delta\pi\eta \beta\alpha\eta\sigma$  restitui. Odorata enim minimè à veribus  
corrodi supra pluribus docuit in locis, etiam infra in lib.  
de causis, quo Lectorem remitto.

Πίγαρον, δῶς τοῦ πίγαρου compingere, coagulare nomen accepit. Plutarch. lib. 3. Sympol. quæst. prima Φασὶ ἐπὶ πίγαρον δῶς τῆς δυραμετρίας αἰνιγχέδαι πηγαῖς γὰρ ἔνεγκτη διὰ θεού μοντεῖ τὸ σπίρμα, καὶ ὅλας ποτὲ μάρτι ταῖς κυνούσι. Ajunt à facultate sua πίγαρον dictum quod siccitate & caliditate sua coagulet ac condenset semen. Hinc uterum grentibus inimicum est. Idem Nicandri, Schol. qui & alterum addit etymon, in Alex. τὸ δὲ πίγαρον ὁδὸς τῷ πίγαρῳ πίγαρον. ἐσὶ δὲ ἴποκεντρῷ τῆς συνουσίας. διὸ καὶ οἱ μυωνεμοὶ αὐτῷ χειρῶνται· οὐ δέ το εὐ πίγαρι φύεθαι. τὸ πίγαρον. Peganon dicitur quod semen coagulet, concubitusque venerosis inhibeat, idcirco qui celebem agere vitam promiserunt, ruta utuntur, vel peganon dictum quod in collibus locisque eminentioribus nascatur. Prius verisimilius. Omnes uno ore semen cohibere & compingere, exsiccareque asserunt. Apud Nicandrum in Theriaca πίγαρον scribi observavi, ἵεται, πηγαῖστε παθετούσι, καὶ δέ τη γένεσιν. Hac voce etiam

usus Theophrastus lib. I. hist. cap. 16. ubi nescio an sat-  
is recte vertant, & earum quas rutulas vocant, cum ipsa  
ruta sic dicatur. Eadem reperitur apud Diosc. lib. 4.  
cap. 98. Dicitur etiam ἐντα & ρυτη, teste Nicandri scholia-  
ste in Theriacis, Ιολαος τοι πελοπονησακαι πολιων, το πε-  
ριγραφον τοι πελοπονησιν εντη φυτη θεμα φυτον Iolaus libro de ur-  
bibus Peleponnesiacis a Peloponnesibus peganon rutam dicit  
affirmat. Alibi apud Nicandrum ρυτη, legisse memini,  
Ruta δια τον ρυτην apud Graecos dicitur, quod libidi-  
nosos nimiumque veneri addictos frenet. Ruta Latinis  
dicitur, à Graeca hac dictione nomine deducto, teste  
Varrone lib. 4. de lingua Latina; quo loco plura herba-  
rum recenset nomina origine & domo Graeca. De ruta  
variis in locis Theophrastus; uti lib. 6. cap. 5. ubi uno  
caudice constare ait, arborique adipisci naturam, unde  
à quibusdam oleriarbor vocatur. Abrotano similis sit  
arbor sed ruta lignosior, siccior & squalidior est. Scri-  
ptum reliquit Iosephus lib. 7. de bello Iudaico cap. 25.  
Erat autem in ipsa regia (Macherunti, quod olim munici-  
pium fuit Iudeæ oppidum) ruta mirabilis magnitu-  
dinis; à nulla enim fico vel celsitudine, vel magnitudine  
vinciebatur. Ferebant autem eam ex Herodis temporibus  
perseverasse: mansissetque ulterius profecto, sed a Iudeis  
qui locum ceperunt, excisa est. Verba hæc Iosephi in Gra-  
eco codice lib. 7. cap. 22. repertuntur, ubi de bello Iudaico  
sic autor, ἐπεφύκει τοι Τις βασιλεὺς πήρασον αἴσιον τον μεγά-  
λους διανυσματον. συντης γδ̄ οὐδεμίαν οὐψει καὶ πάχειαν ἀπέλειπε.  
λόγον τοι δὲ δια τοι πρώτου λεγον αὐτον διαρκοτην, καὶ τοι τολμεισ-  
τους ἔμεινεν, ηπητ δὲ τοι την παραλαβόντα την τεποι ιουδαιαν.  
Vulgaris ruta & hodie in hortis quandoque ita colitur,  
ut tres, etiam quatuor cubitos luperet; nonnunquam  
arbusculæ similitudinem & magnitudinem cultura ac-  
cepisse, recentiores observarunt. Cap. 16. folia rutæ ali-  
quo modo carnosa esse ait Theophrastus, semper virere  
etiam si affligatur muteturque. Cap. 15. lib. 6. cap. 1. su-  
fruticem esse minutata habere folia, ex femine ac a-  
vallione nasci, quod lib. 7. cap. 2. & lib. 2. de caul. cap. 3.  
repetit. Lib. 97. cap. 5. sumum aspernar!, lib. 3. de caul.  
cap. 24. de rutæ cultura agit. cap. 7. lib. 5. de caul. cur  
fico inferta melior reddatur. lib. 6. cap. 22. de rutæ agit  
odore. Loca citata videat lector, & nostras notas. Ex  
Dioscoride hoc modo descriptionem eliciemus. Ruta  
constat foliis ambroxiæ. Lib. 3. cap. 129. φύλλα ἔχει πε-  
τρινούς βαθοὺς τον κυνοῦν μετρον αἰς πηγαν, folia circa imum cau-  
tem habet exigua, seu ruta. Lib. 3. cap. 46. de sylvest. fer-  
pylo, φύλλα περιτολια δισιον πηγαν, foliis rutæ similibus

Ruta,



refertos, lib. 4. c. 68. de hypoco. Φύλλοι ἵκει πράξεων ὄφεων  
lib. 3. c. 171. de Hyperico φύλλα ἵκει πράξεων ὄφεων c. 173.  
X x x 4 Φύλλα

φύλλα τε πλαστονα ή τετραπλασιονα του πηγαδου, *Androsernum* constat foliis triplo quadruploque quam ruta minoribus, lib. 4. cap. 8. φύλλα δι δέλγυ μικρων πηγαδου, folia quam ruta paulo minora fert polemonium. Lib. 4. c. 4. φύλλα δι πηγαδων όμοια επιμηκισεσ προς πελαγέτη, *polygonum* μαζα folia habet ruta, sed longiora (Oribas. & vulg. cod. επιμηκισεσ, μικρων) mollioraque. Cap. 168. lib. 4. ιχνοφύλλων μικρών όμοιων πηγαδων πλαστησερ. *peplus* folio est parvo ruta, sed latiori. Eodem lib. cap. 177. φύλλα πηγαδων ισικηπι, επιμηκισεσ προς την αιγαίην περιχλωσ. *apios* foliis donatus ruta, oblongioribus ramento & angustioribus, herbaceis. Lib. 3. cap. 26. trifolium asphaltites, ubi recens natum est, scribit odorem habere ruta. ορθή δι αντρού αρη περ φυσικων πηγαδων. Quis jam ex hac descriptione rutam non noscat? Genera Theophrastus agnoscit duo, sylvestrem & domesticam. Sylvestris sativæ similis facie, differt tamen quod sylvestris foliis minoribus caulibusque scabrioribus constet, succoque acriori, nec non vehementiori conditatur; tum etiam quod odorem spiret admodum ingratum, ut lib. 6. de cauf. scribit. Dioscorides lib. 3. cap. 52. & 53. rutam inquit aliam hortensem, de qua haec tenus egi; aliam sylvestrem montanam. Sylvestrem Harmel dictam vel Harmalam sylvestrem montanam unum idemque genus esse ex his Dioscoridis verbis probatur. πήγαν δρεστον η ἀρχιον του πράσου καὶ κυπιντον δριμύτερον καὶ ἀσθέτον βρῶσιν. τὸ δὲ κηπιτον διδικτικόν τον τοῦ λεύκου συγκειτον. αἱ φύτευσι δι καυσική, θερμαντική, &c. Ruta montana & sylvestris, sativa & hortensi acrior est, & in cibis damnata: est autem in hortensis genere esui aptior quæ juxta fucus provenit (Vide lib. de cauf. 6. cap. 22. vide annotata. Quæ apud nos provenit propter cali solique humiditatem & frigiditatem Italicae calore multum cedit) utrumque porro genus urendi vim habet, calefacit. Quod si montana à sylvestri diversa foret, non dixisset αἱ φύτευσι utraque. Eodem hoc capite sylvestrem hanc describit montanam, ac radicem moly montanam vocari. οὐ δι πίχαν αὐτὴν λέγεται μόλις δρεστον. το δέν αρχιον πήγανον ομοιον την πράσου. πιόνεντον δὲ αἱ φύτευσι επιπλεπτησι — δριμύτερον δι την πηγαδου, καὶ την σύριζαν δινατητερον. οὐ δέ δι την αἱ φύτευσι (supple τοῦτο) λεύκειν, διοτε επιβλαβής εἰναι. Sylvestris itaque ruta sativæ quodammodo similis est, ac pota prodest comitalibus — acrior vero est quam sativa, & majoris efficacie, attamen sylvestrem cibis abdicare oportet, quippe quæ veneni noxiā obtingeat. Idem supra de montana dixit, quasi diversa, non eadem foret. τὸ δὲ ορεγεν τολυβοστήν πτερίναι, montana si copiosius estur, interficit. Videtur tamen Dioscorides duas

πος ὑπάρχει καὶ ἐκδότης τὸν οἶνον. (Oribasius ὁ φων τὸν οἶνον.)  
Adjiciunt vero quaε Ἐ juxta flumen Haliacmon in Macedonia gignit̄ comedentes interimere. Mortos autem locus, Ἐ viperis abundans. Et hujus fortassis radix non alterius moly dicitur. Sylvestris hujus figura ad-didi, ex qua in quibus differant satis videt lector. Hortensem omnibus partibus & colore refert, nisi quod singula foliorum segmenta angustiora sint & longiora, acrior sapore graviorque odore; & hinc graveolens à quibusdam vocatur. Hujus & altera species repr̄it̄ur, quæ vulgo minima dicitur. Hæc prænimiria foiorum tenuitate, speciem ac formam foliorum hortensis non retinet: tenuissime etenim folia sunt divisa. Color præterea candidior est, odor & sapor acerrimi, flos, capitulum uti aliarum, sed minus. Reperitur & hortensis iludi genus, quod à vulgata magnitudine differt & coore. Nam illa per omnia major & cæsi est coloris; Hæcmiror, præstantior & nigricantior. Alteram rutam syvestrem, cuius iconem recentiores dant, his fere verbis describit Dioscorides, καλοῦσι δὲ πίτανος ἄγριος, καὶ τὸ σι τὴν καταπλάκην (addit Oribas. Κύνοβρυον) καὶ τὸ σι τὴν καὶ τὴν αὐτὴν ριζήν μᾶλον (vetus μᾶλον) ἵστε διάμενον. Δοκιμαῖς μᾶλον εἴησιν ράβδους αἰταφίσαν. Τοντον φύλλα μερισθέντα πολλὰ τῷ μᾶλον πηράνου, τὸ τεντρόπτεσσον, βαρύσομενον, ἀνθος λευκόν, τὸν ἄκρην τε κεφαλίαν ὀλίγῳ μετίσχον τὸν ἡμέρου πηγάνου, ἢ τείλον μαλατίαν μερῶν συγκεκέντα, σὺ δις σπιραμα τετράγωνον, τετράκιστον, πικρὸν μάλιστα (ιγνῶς Oribas.), αὐτὸς τὸν γάνην, διὸ καὶ ἔχεις. Φύιοντα δὲ ἐκπεπινισται τὸ σπιράμα — καλοῦσι δὲ πίταν αὐτὸς ἀρματατος, συγ-βιτοσοῦ, καταπλάκην δὲ μᾶλον ἐπὶ καταποστὸν σύζει τὸν αὐτὸς τὸ μᾶλον ἐμφέρειαν. τῷ μὲν μᾶλον καὶ τῷ αὐτῷ λευκῷ τετράγονον. Φύεται δὲ γενόδοφοι καὶ ὥραιοι κυαλοί? Vocant τιαννον σylvestrem rutam, quod in Cappadocia & Galatia Asiatica moly dicitur. Fructus est ab una radice complures virgas proferens; foliis multo quam alterius rutæ longioribus ac tenerioribus, iisque graveolentibus, flore candido, capitulis in cacumine, paulo quam sativa rutæ majoribus: que quidem tribus maxime partibus constant, in quibus triquetrum semen subfulvum, gustuque perquam amarum includitur, cuius etiam est usus. Id Autumno maturescit — sunt qui rutam, hanc harmala vocant, Syri besasa. (Galenus lib. 6. τὸ τόπον primo cap. βίσσατο ὁ πίταν σφραγαλα καλοῦσιν, idem lib. 9. c. 3. καὶ τόπον. βίσσατο σπίραμα δὲ ἐστιν τὸ συνέξιον θρωνόμορφον ἄγριον πηγάνου, δὲ δὴ οἱ Σύροι ταῦτα καλοῦσιν.) Besasa est autem semen rutæ sylvestris, quod in Syria nascitur, quod loci illius incolæ harmala vocant. Dioscorides autem Syris Besasa, & ab aliis Harmala; Galenus contra à Syris Harmala & ab aliis Besasa appellari scribit. Uter recte, me later. Recentiores Græci pro ἀρματα ἀρμιλ & κύριλ dixerunt. Charito, τὸ μᾶλον ὅπερ ἐστι κάρδια. Apud Eginetam ἀρματα legitur μᾶλον, πίταν δὲ πήγανον ἄγριον, ἀλλος ἀρματα, συρεὶ δὲ βίσσατο. Cappadocias vero moly, quoniam quandam cum moly servet similitudinem, siquidem radice nigra est, flore vero candido, in collibus ac lato secundoque solo provenit. Galenus lib. 7. simpl. μᾶλον, πίταν πήγανον ἄγριον, διὸ δὲ ἀργαλα, συρεὶ δὲ βίσσατο. Μότηρ οἱ Κακαπλάκης μᾶλον, διὸ τὸ σέρινον μῆρον ἐστι μέλαν, ἀλλος δὲ ἔχει καλαττώδης. Suidæ ἄπτητον. μᾶλον αἴρητον, οὐ βοτάνης ἀλεξιφάρμακον ἢ τε πήγανον ἄγριον. Vide Salmasium pag. 942. Harmala recentioribus dicitur, cuius iconem ante oculos vider lector, à radice mox complures promit caulinulos dodrantales, pluribus ramis donatos, ex viridi nigricantes, folia circa hos virentia, variè dissecta, longiora, angustiora; quam sylvestris graveolentis rutæ. Densa sive pinguia, & carnosa, sapore virentia, gusto lento, guminoso, amaro, aliquantum tamē mordaci: flores candidi, quinque constantes foliolis, multis in medio luteis fibris prædicti. Succedunt capitula hortensis rutæ capitibus majora ac molliora, triangularia, in quibus semen inæquale, angulosum, ex rubro nigrum. Radix dura oblonga, minimi interdum digiti crassitudinem æquans, ex luteo pale-scens (Clariss. Dodonæus nigricare scribit. Talis si aliquando detur nihil oblitat quo minus sit harmala Diosc.) tota planta graveolentis ac ingratia est odoris. Belloni lib. 2. cap. 21. harmalam circa Alexandriam, in agro quodam sterili, copiōse nasci scribit, ac de ea haec tradit. Harmala admodum similis est moly (vulgatum nostrum moly, Diosc. putatum, non valde simile est harmala nunc descriptæ, nisi quod sit flore candido, & radice nigricante, nec Dioscrides in cæteris moly cum harmala similitudinem habere scriptis) rutæque genus est, (quomodo ergo moly admodum similis) quod Arabibus, Ægyptiis, & Turciis nunc vario in usu est. Ea enim sufficiunt, singulis diebus manū, sibi persuadentes noxiōs spiritus hac ratione abigi, quæ res huic herbe (Et fortassis molys)



*molios nomen dedit) atque ejus semini tantam celebritatem peperit, & conciliavit, ut nulle sint adeo viles & exiguae officine, quae eam non habeant, tanquam pretiosum aliquod medicamentum. (Aristoteles lect. 20. probl. 34. id fere de vulgari ruta) Quia de causa rutam fascinationis remedium esse ajunt? An propterea quia tum effascinari se credunt cum aut voraciter edunt, aut incommodatum aliquarum tenentur suspicione, aut cibum habent suspicium, quem capiunt. Itaque cum de mensa eadem, qui privatè sibi assumunt, participem intuentem quempiam faciunt, affanturque cum impertiant, ne me fascines: ergo cibum cum perturbatione sument, nec quid bibent aut edent sine turbatione & flatu, qui una hauriatur & ingeratur. Quamobrem flatu vel cum extrudendus effertur, cibus quoque una elatus ejicitur, vel cum interclusus per humorum tenetur, termina moventur, & cruciatus. Igitur ruta præstata visua & potestate calfactoria, vas, quod recipit cibos, relaxat, & reliquum corpus idem afficit. Ex quo fit ut flatus ille interclusus transmitti atque secedere possit. Adversariorum auctores negant Harmalam Syriacam rutam sylvestrem esse alteram Dioscoridis, eo moti argumento, quod huic odor ille vehemens nostratis defit. Quem si quis soli mutatione amissum dicat, sciat quam recentissimo semine satam, inodoram provenisse: Atque inter rutaceas, quas plures habemus quam Dioscorides, nulla minus hac rutam præferat, & sapiat odore & gustu, quam Martinellus misit è Syria. Harmalaunque primus fecit. Respondeo; non tradidisse Dioscoridem gustu & odore similem rutæ esse, sed tantum facie, ut ex verbis modò prescriptis colligi licet. *Bæροσσος* graveolens esse dixit. Et talis sane harmala est teste Matthiolo, Clusio, Dodoneo. Ex semine recenti natam inodoram esse scribunt. Hoc ipso anno didici, rutam sylvestrem cum primum ex semine pullulat, non insuavem spirare odorem; Majore facta graveolentior nulla planta. Idem de vulgari ruta experiri licet. Errat Italus Botanicus, qui rutam prætensem vulgo dictam, sylvestrem rutam Dioscoridis esse affirmit. Huic nec folia rutæ longiora, nec teneriora, nec semē amarum valde & nigrum, nec triquetrum, sed teres. Non itaque harmala. Addo florē mucosum, flavescentem, exiguis pendulive tantum staminibus constantem. De radice mox dicam. Nec est sylvestris prior, quia rutæ vulgaris non satis similis caulem emitit, cubito plerumque multo proceriore, minimo digito graciliorem, crebris geniculis interceptum interius cavum, teretem, modice striatum, in purpura nigricantem; (rutæ caules albicans vestiuntur cortice) quandoque tamen herbacei coloris, tenui solidum & durum. à radice ad sumimum ferè usque caulem, glabra, folia è geniculis exeunt, media inter coriandri inferiorum foliorum & rutæ figura, sed majora in multis particulas latae, sed tamen oblongiores divisa, quarum plurimæ anterius, duabus ad minus incisuris denticulatæ. Foliorum color saturatione superius, inferius dilutior. De flore dixi: quo dilabente valvulae sequuntur triangulares, in quibus semen teres. Radice nititur perenni, latè serpente, ac plerisque locis germina emittente, minimi digiti crassitudine, intus crocea, & substantia aliquantum lignosa, foris cortice cæsio vestita. Ruta hæc prætensis moderata, calida & sicca est. Ruta sylvestris ordine quarto, calet adeo, ut ob acrimoniam exitialis judicetur. Hanc alii pseudorha barbarum vocant, à radice lutea: quorum sententiam improbo. Nempe nihil quo ad facie vireisque, cum rhabarbaro habet simile. Θάλιετρον, vel ut apud Galenum & Æginetam scribitur, ac à Plinio confirmatur, θαλίετρον quidam censem. Describitur à Dioscoride lib. 4. c. 98. θαλίετρον (Galenum sequor; nam male apud Dioscoridem scribi non dubito, uti ex etymo constat lapsuque faciliter similitudinem in muratum) φύλλα παραπλήσια ιχθεῖς. λιπαρότερον (vetus quidam πυπαρότερον, vulgatam Oribasius & Plinius sequuntur) τοιχούλαις πηγαῖον πάχος ιφ' οὐ τὰ φύλλα — φύτευται διμηλίαι εἰ πεδίοις. Thalietrum folia coriandri habet, at pinguiora, caulinum rutæ crassitudine, in quibus folia — nascitur præcipue in campestribus. Plinius lib. 27. cap. ult. Thalietrum folia coriandri habet pinguiora paulo, caulem papaveris, nascitur ubique, præcipue in campestribus. Caulem inquit papaveris. Vulgatam Dioscoridislectionem sequitur Oribasius, confirmat Galenus lib. 7. simpl. θαλίετρον ιγελάραν μῆτηκα πὲ φύλλα παραπλήσια, τὸν κρυπτὸν δὲ πηγαῖον δι πάχος. Obstat videtur, quo minus ruta sit prætensis Thalietrum, quod statim è radice foliola emittit. Sed hoc non negat Dioscorides, qui in caulinis foliola habere scribit, ut etiam ruta hæc habet,*

Thalietrum dictum volunt *τὸν τὸν θαλίετρον* virere, quod dum germina protrudit eleganter vireat. Quod tamen falsum: nam germen emitit è puniceo purpureum majus, minus vero dilutum, magis purpureum profert. Forte sic dictum, quod folia cum primum expanduntur, ac præsertim minoris, cuius addidimus figuram, eleganter

## Thalietrum minus.



Thalietrum Vulgare.



vireant. Verisimilius θαλίετρον dictum *τὸν τὸν θαλίετρον* vel *θάλιον* surculo, ramulo, & ἄρτερον geniculo. Quod caulinulos sive surculos geniculatos proferat. Scio θαλίετρον apud probatissi-

batisimos auctores exponi, imam ventrem, seu regionem imam ventris, que umbilicum & pudenda interjacet. Suidas τὸν ὄμφαλὸν μέρος. Idem Pollux lib. 2. ἡτοι, in plantis aliud denotat.

Nicander in Theriacis καὶ χλευροῖς νέφηνος αἴτοι μίσθιον ἡτοι ὄλόψιος, decerpere à viridē ferulae medio ἡτοι umbilicum. Ad hunc locum Scholiaestes ἡτοι τὸ γράπον, οὐ τὸ ὄμφαλον ταῦτα θηκοῦ λίγαι τὸ ἡτοι τὴν ἐπιθελῶντα φύσιν, κυρλασθεὶς τὸ ἡτοι τὸ ὄμφαλον τοῦτο καὶ ἡτοι τὸ ὄπισθι. Id est. Sic vocat geniculum vel umbilicum ferulae, vel forte sic medullam appellat, proprietate locus post umbilicum, πέλεος hepar. Thalietrum itaque dictum quod surculos geniculatos habeat, vel quod cauliculos medulla carentes proferat. Vtrumque significare ἡτοι docet scholiaestes. Prius tamen arridet magis. Thalietri novem genera in Phytopinace proponit Bauhinus. Hunc adeat lector. Viri docti crediderunt Sophiam vulgo dictam, cuius iconem addidi, Thalietrum veterum esse: Respondent, inquit, facultates, foli abhabet coriandro similia, (intellige Lector de superioribus seu tenuissimis coriandri foliis non inferiori-

## Sophia.



bus. vide caput de coriandro) sed teneriora: Dioscorides λαπαθοῦς dixit, albanti abrotano non absimilia: Non itaque Thalietrum veterum: addo geniculis care re plurimis (unde nomen) caulemque, rute crafftitem non habere, nec campestribus, sed veteribus macerii, locis ruderatis, lapidosis, arenosis, aliisque in cultis exit. Et hec de rura, cuius occasione de Thalietro diximus.

Ἄλπιον δὲ τὸ λαπαθῖον, ab inaniendo, quod decoctum alvum moveat, nomen sortitur. Suidas λαπαθον, λαχενον γαστρος κενωπή, olius ventrem evacuans. Theocriti Scholiaestes, ἀλλα παθει τῷ ἀλπιοῖς τῷ κενωπαντι, τὸ λαπαθῖον βούνη τὸ κενωπή. Dicitur itaque λαπαθον & λαπαθο. λαπαθο vulgo rumex dicitur, & sic Doctissimus Gaza vertit. Plinius modò sylvestre, modo hortense lapathum sic dici scribit lib. 19. cap. 12. Solum vero ex omnibus lapathum sylvestre melius; Hoc in sativis rumex vocatur, nasciturque fortissimum libro vigefimo cap. 21. Est autem sylvestre — nostri vero rumicem &c. Lapathum Macer paratellam vocat, quum inquit:

Herba solet lapathi vulgo paratella vocari,  
Illius species dicuntur quatuor esse,  
Par tamen est fermè vis omnibus in medicina.

Lapathum Galenus betam sylvestrem posse appellari scribit lib. 2. de alim. facul. cap. 47. διναττη τὸς ὥστε στρέψει θηκον αἴρειν φύσιν πέντε διναττον. τὸ διπλάτον ὑπερέχει τὸ τετρατον μέρος, ἀλλα τὴν διναττην τὸν καπνοντα πέντε δι-

Licet cuivis, ut ante diximus, lapathum appellare betam agrestem, ut quod non gustu modo, sed viribus etiam betae hortensi est assimile. Theophrastus sylvestre lapathum lib. 7. cap. 2. tota forma cum perfectum est simile facit. Vide librum de causis, ubi disputatur, an omnes plantæ quondam feræ. Variis, diversisque in locis Theophrastus notas quasdam lapathi dedit; ac quidem lib. 1. c. 9. singulare constare radice carnosa: quod cap. 3. lib. 7. repetit. Vide etiam quæ de lapathi radice ad cap. secundum ejusdem libri annotavimus Lib. 3. de caus. cap. primo, cultu multo deterius fieri scribit, ac inter ea quæ gustatu quandam acrimoniam exhibent, numerat. Videat lector locum. Medicatum saporem quod vulgo patientiam vocant, præ se ferre fateor: acrimoniam tamen habere nego. Quare depravatum codicem suspicor, & in notis probabo legendum πίγαρον. Dioscorides oxalis semen (ut mox dicam) acutum & acre scribit. An hoc intelligit Theophrast. an vero vox δρυνίου aliud quid, quam acre significet, mox examinabo. lib. 7. c. 1. cum sol est in leone serendum precipit. Genera lapathi plura esse supra cap. 4. dixit, hoc capite in sylvestre ac urbanum partitur; ac sylvestre gustatu gratius quam urbanum scribit, sed acidius. Lapathi genera Dioscorides propo- sit quinque lib. 2. cap. 14. ac primum est oxylapathum, λαπαθον τὸ ψῆφον ὄξολαπαθον λίστη. Φεύγεται ἐπίλειτον, σπλαγχνοῦ τοῦ ὄπενος. Est ex lapathi generibus quedam quod oxylapathum vocant, in palustribus nascens, durum ac summis foliorum partibus aliquantulum acuminateum. In veteribus nonnullis codicibus hæc sic leguntur, λαπαθον ἵσι μῆτρα τὸν γανάμενον καὶ τὸ πάντα ὄμοιον ἐπὶ τῷ δυνάμει τῷ μικρῷ. Εἰπετεῖ διὰ βεβήτης καρίας μελανότες, αὔρα δὲ κυανώτατος μελανοχρόας τὸν χρόνον διεφορεῖ. αἱ στερείαι &c. Lapathum est magnū quod in aquofis nascitur, per omnia simili, etiam viribus parvo. Coddum ac estum ventrem mollit, crudum vero illitum meliceridas cum croco (sic enim legendum foret) discutit, radices. Vulgatam lectionem probat Oribasius, nisi quod ita distinguat: lapathum εὐρεῖται ἄκρης, τὸ δέ durum in acumine & acutum, Plinius I. 20. cap. 21. Est & alterum genus fere (lege féri, id est sylvestris) oxylapathum vocant, sativo item similius, & acutiora habet folia ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. Oxylapathum dictum botanici scribunt, non quidem quod gustu acutum seu acidum sentiatur, ut oxalis vulgo acetosa dicta; sed quod foliis proveniat in acutum desinentibus. Hoc lapathi genus quidam οὐδέποτε Theocriti esse contendunt, sed nullis argumentis probant. Notum satis hoc genus, ac ab omnibus fere descriptum; vulgo lapathum aquaticum vocant, sylvestre hippolapathum Mathiolus vocat. Sequitur apud Dioscoridem τὸ δὲ πατετὸν ἐν τοῖς οὐροῖς τὸ πεπτόν, alterum vero hortense, priori diffi- milē. In optimo Catacurenio codice, τὸν οὐροῦ non diffi- milē legitur. Quam lectionem Plinii jam citata verba approbat. Oribasius legit ἐπὶ πάντα ὄμοιον τὸ πεπτόν, non omnino simile primo. Quod omnino verum est: nam sylvestris prior folia fert oblonga, dodrantalia, acuminata, non valde lata, duriuscula. Sativum foliis est majoribus, mollioribusque, & caule multo altiore, ut qui hominis altitudinem non raro assequatur. Τελέος δὲ τὸ λαπαθον, παρεξόμοιον δρογνολωσμῷ, μαλακόν, πεπτόν. Tertium genus est sylvestre, parvum, plantagini proximum, molle & humile. Hæc satis ostendunt turbato admodum ordine genera lapathi descripsisse Dioscoridem. Primum enim quod ponit genus agreste est; secundum sativum, ac deum ad sylvestria redit. Hoc genus breve vocat Horatius Satyra secunda:

Si dura morabitur alvis  
Mugilis, & viles pellent obstantia conche,  
Et lapathi brevis herba.

Lapathum minimum hoc genus Lobelius vocat. Apud nos frequens satis. Εἴ δὲ καὶ πίπερον ιδεῖται ἀντὶ τοῦ ὄξεος λαπαθον, ηλικανέριδα, η λαπαθον (Lacuna ex veteri codice addit ἔγχειον) φλοιον, οὖν φύλλα σκοτειναὶ μικραὶ λαπαθον, καυλὸς οὖν μέγας, κρεπος ιπτοκην (vetus codex κρεπος οὖν μέγας, καυλὸς ἄπειν) ιενθρός. Δρυμός, ἐπὶ τοῦ καυλοῦ καὶ ἐπὶ τοῦ παρεξόμοιον. Est & quartum quod nonnulli oxalidem, aliis anaxyrida, aut lapathum (sylvestre) appellant. cuius folia sylvestri & exiguo lapatho similia, caulis minime grandis, semen acutum (semen minimè grande caulis acutus) rubens, δρυμός, in caule & agnati appendicibus gaudens. Plinius loco citato, est autem sylvestre quod aliis oxalidem appellant sativo proximum, foliis acutis colore betæ candidæ, radice minima. Nostrī vero rumicem, aliis lapathum cantherium — Oxalis à sa-

à sapore acido dicitur. Galenus lib. 2. de aliment. facult. ut etiam alibi oxylaphatum vocat, περὶ ὀξυλαπάθου τὸ τέρτιον ἵψειν τὸν φύλον διὰ τὴν ποιότητα τὸν διάφορον, οὐ γάρ λαπάθον ὄξον. De oxylaphatho, vel nomen ipsum, plantæ hujus qualitatem ac vires indicat. Et enim laphatum acidum. Recentiores etiam Græci oxylaphatum vocant. Neophytus ὄξαλις, τὸ ὄξυλαπάθον οὐ ὄξοντες anaxum appellari scribit. Idem testatur in Theriaca Nicandri Scholiafestes οὐ δὲ ὄξαλις οὐ ὄξυλαπάθον οὐ ὄξαλις καλεῖται. Qui oxylapolim vocat, haec tenus repperi neminem. Notant viri docti quod à Græcis barbaris λούσις dicitur. Laphatum vocati. Addit vetus codex ἀγροσylvestre, & sic apud Oribasium scriptum reperio. Plinius rumicem & laphatum cantherium vocari scribit. Cantherius dicitur equus, cui adempti sunt testiculi ut manuetior fiat, ut Varro lib. 2. de re rustica cap. 7. ad finem testatur. Cujus verba addo. Proptey quod discrimen maxime institutum, ut castrentur equi. Demptis enim testiculis fiunt quietiores, & ideo quod semine carent, ita cantherii appellant. An itaque laphatum cantherium dictum quod mansuetum ac domesticum sit? Id præter veritatem videtur. Nam Dioscorides & ipse Plinius sylvestre laphatum oxalin scribant. An sic dictum quod eo equi delectentur? Hordei genus quod cantherii nomen obtinet, sic appellatum est, quod animalibus pabulum detur meliusque pascat. Columella lib. 2. cap. 9. Proximus est his frumentis usus hordei; quod rusticis hexastichum, quidam etiam cantherinum appellant, quoniam & alia animalia, que ruri sunt, melius quam triticum, & hominem salubrius quam malum triticum pascit, nec aliud in rebus egenis magis inopiam defendit. Refert Tragus, pueros oxalim tempore famis querere diligenter, ut vitam sustineant. Crediderim tamen, cantherium dictum esse laphatum, quod ut hordeum famem, sic sua aciditate fitim extinguit. Et hac de causa rumicem Romani hanc plantam vocarunt, quod ab ea succus, non aliter quam à mamma, quam rumen teste Varrone antiqui Latini dixerunt, stirpibus exugi soleat. Nam foliorum acidus succus, à quibusdam non secus experitur, ac lac in agnis, qui in suis matribus subrumantur. Auctor Moreti

Fecundusque rumex, malva, violæque virebant.

Nostræ sæculi medici, ac pharmacopœi acetosam, ab acido sapore vocant. Dioscorides folia sylvestri & exiguo laphatho similia esse inquit. Plinius sativo proximum, foliis acutis, colore candidæ betæ. Utique recte. Nam sativum & sylvestre folio non multum differunt. Illud in dubium vocari posset, an color huic candidæ betæ, oxalis foliorum colorem nigriorem dico. oxylaphatum in reliquis æmulatur, sed folia molliora, videntioraque sunt, & sapore acido. Semen, inquit Dioscorides, acutum, rubens, & acre est. Idem de hoc laphatho Oribasius. In acetosæ nostræ semine nulla acrimonia gustu percipitur. Diversa itaque est acetosa à veterum oxali, vel Dioscoridis locus depravatus. Quod non sit verisimile; quia eadem lectio apud Oribasium, vel Dioscorides in descriptione commisit errorem, quod de Botanicorum principe suspicari nefas. Acetosam tamen vulgarem, veterum oxalim esse, asserunt Adversariorum auctores, quod & ego approbo. Expositionem tamen & probationem, qua utuntur, minus probbo. Nam, inquit, quod cuiquam minus placere posset, semen δρυμίνη inibi dici, sic accipendum, ut vulgo interdum loquitur, acidum sive aigre cum acri confundens: alioqui cur illi notissimum, ut semper fuit vel mulericulis, non putemus? Durius de auctore probatissimo dicuntur. Falsum enim est ipsum hos sapores confundere. semen enim oxalidis ὄξον αἴδην acidum & acre inquit. Hoc loco τὸ δέκατον vel τὸ εἰκαστὸν vehementiam saporis, colorisque denotat, vel adstringitionem. Hesychius δρυμ. ὄξεν. σφοδρεγ. θερμόν. πυκνόν. δρυμός. ὄξες. συρπός. Semen acetosæ intense rubet, valde acidum est, & adstringit. Acetosæ genera plura observavit recentior ætas, de quibus Bauhinum consulat Lector. Apud nos hæc reperiuntur acetosæ genera. Vulgaris cuius folia aliquando media parte virent, altera vero candida sunt (& ideo fortassis Plinius colore betæ dixit) aliquando in uno utrinque bifurcata; nonnunquam crispantur. Oxalim aliam habemus folio amplissimo, quam nescio cur Hispanicam vocent vulgo. Tertiam acetosam Romanam dicunt, folio subrotundo hæc ut plurimum constat, nonnunquam, sed rarius ad formam foliorum boni henrici, oblongo ac in acutum desinente observatur. Hoc genus Dodonæus Dioscoridis tertium laphatum esse putat. Nos quod minimum

vocat laphatum Dodonæus, tertium Dioscoridis putamus; idq; quod cum vulgata acetosa majorē, quam hæc rotundifolia oxalis, habeat similitudinem. Satis frequens apud nos reperitur in arvis agrisque. Vulgo acetosam ovillam appellant. Tuberosa aliquando, sed rarius apud nos reperitur, nec nisi in botanicorum diligentiorum hortis. Misit autem annos aliquot Guilhelmus Boelius ex Hispaniis semen acetosæ. Id prælongæ tuberosæ radicis nomine natum, radicem habebat intus è luteo rubram, cortice ex nigro rubente vestitam, longam, tuberibus quibusdam, non tamen multis donatam; folia vulgatae acetosæ majora dilutiusque, virentia, nec caulem; nec florem tulit; hyeme enim subsequente peribat. His addit Dioscorides Hippolaphatum. De quo hæc scriptit, ιππολάχωντος λάχανον οὐ μέρα τοῦ λαχανίου. Hippolaphatum olus est magnum in paludibus nascens. Plinius lib. 20. cap. 21. Sunt qui hydrolapathum tradunt in aqua natum. Est & aliud hippolaphatum majus sativo, candidusq; ac spissus. Idem ad finem capit. Adject Solon (ne quid omittamus) bulapathū, radicis tantum altitudine different. Hæc tria lapatha unam eandemq; crediderim plantam; idq; quod veterum nemo Hydrolapathi, vel Boulapathi,

### Hydrolapathum magnum Lob.



faciat mentionem; ab aliquibus Hydrolapathū dictum, quod in aquis nascatur. Boulapathum Hippolaphatum dicitur à magnitudine: nam βούς & ἵππος in compositionibus apud Græcos magnitudinem significant, ut βετερος magnus puer, βούσικη ficus majores, βούσικη magna fraxinus, ἵππομανῆς valde insanus, ἵπποφασιν Hippophæstum, quod insignem splendorem lanis prebeat. ἵππομαστιχης franiculum magnum. Verbo ut absolvam, ut ἵπποσιλινος & βούσιλινος apium magnum; sic ἵπποσιλινος & βούσιλινος laphatum magnum; quod ignorasse videtur Plinius, vel saltet non satis ad hæc attendisse. Sed solet Plinius ἵπποσιλινον separare, ἵπποσιλινον conjungere. Hippolaphatum vulgo Rhabarbarum monachorum vocant; eo quod monachi, aliique, ante sæculum botanici, Rhabarbarum crediderunt, quod radicem haberet crassam, interiore pulpa dilutè rubescente. Ad hoc genus referri debet quod Pharmacopœi nostri Rhabarbari nomine in hortis collunt. Folis est sub rotundis, amplis admodum, flore candido musculo, alioquin satis similis laphatho vulgari, cu-

lus tria genera observantur. Primū folio oblongo, radice longa, intrinsecus rufescens. Secundū folio rotundo, Tertium folio subrotundo, fibris transversis, radice intus ex rubidine flavescente. Et hoc Alpinus Rhapontici. Tracici nomine descripsit; qui hoc lapathi genus, Rhaponticū Dioscoridis esse, his argumentis probat. Primū quod Ioannes Tzetzes,<sup>1</sup> Hesiodi commentator, scribat, lapathi radicem olim ab antiquis rheum fuisse appellatam. ἀλάπαθης τοι περικλείστηκεν οὐδὲ καὶ λαστιχός. Βασιλίν κανόνην, οὐ καὶ αλάπαθης λέγεται, οὐδὲ φίλος τοι λεγόμενος φίλος. Alapathē Attici purgationes vocant; est autem lapathus planta ventrem solvens, qua & alapatos dicitur, cuius radix, quod rheon vocatur. Alterum argumentum; quod ipsius radix ad amusim cum rhadis Dioscoridis conueniat, ita ut ne vel una nota, quod sit legitimū rha, desideretur. Tertium addit; quod Ioannes Quirinus Cinoglerus Germanus affirmat, se hanc plantam in Moscovia (quam olim Scythiam vocarunt) locis, copiosius prodire, ac vivere conspexisse. Ad postremum hoc respondeo, Clarissimum virum Alpinum deceptum fuisse ab hoc Quirino. Nam Mercatores qui quotannis ex Moscova ad nos Rhabrhaberbarū Ponticumq; advehunt, omnes uno ore asserunt, nullibi in Moscovia nasci, sed à Tartaris adferri in Moscoviam, atque ibi ab ipsis dividendi. Retulit mihi Ioannes ab Elten, dum viveret planitarum indagator acerrimus, se cum in Moscovia, (ubi per annos aliquot Mercaturam exercuit) degeret, omne studium, summamque diligentiam adhibuisse ut plantam rhei virentem conspicere posset; promisisse insuper Tartaris, si vivam ipsi plantam adferrent, multos daleros imperiales: sed nunquam id potuisse ab ipsis impetrare, quamvis se facturos spondesarant. Hæreō an Quirinus ille quondam Chirurgus, Amstelodamensis notissimus, is sit qui Alpino impoluerit. Sane hunc aliquandiu in Moscovia degisse cunctis civibus nostris constat. Homo erat improbus, de quo ni effugisset, Moscovitarum Imperator, capitis supplicium sumpsisset. Hoc obiter. Alterum argumentum majoris ponderis, verba Dioscoridis audiamus, lib. 3. cap. 2. p. 6. διὰ δὲ τὸν εγλῶντα (Alter codex πάθητον, (& sic Oribasius) addit; ve tuis aliquis codex, πολλοὶ δὲ πατοῦντον, sed ista irrepsisse doctiorum est opinio, quod probabile nobis, quia apud Oribasium non reperiuntur) θορακαὶ τοῖς τύπῳ βόσφορος τοποῖς, οἵτινες καρποῖς τε. φίλος ἐξαρτεῖται μεταναστεύειν τῷ μεταλλεύσαντι, μικροτεροῦ μὲν τοι καρποῦ συνεργεῖται, αὔστρος δὲ, καύτης πατοῦσθαι. Εἰ δὲ αὐτοῦ καρποῦν, τὸ ἀπεργόντοντον, οὐ γάλον οὐδὲ πραλέποντα τῷ χρώματι. — οὐδὲ αὐτοτάτῳ αὐτοῦ δύσαμε, εντητοῖς ποτὲ θεραπειαῖς. Rha, quod aliquis Rheum vocant, provenit in iis que supra Bosphorum sunt regionibus (Ammianus Marcellinus lib. 12. suarum histor. Tanais que inter Caucasias oriens rupes, per sinuosos labitur circumflexus, Asiamque ab Europa disternans, in stagnis Maeotis delitescit: huic rha vicinus est amnis, in cuius super ciliis vegetabilis quadam ejusdem nominis gignitur radix, ad multiplices medelarum usus proficiens. Rha nostrum ex Thracia fertur montibus Rhodopeis vocatis, allatum ac repertum in planicie apud fontem Hebrei fluminis) radix foris nigra (rhei tracici radix foris ruffo colore visitur, id quod non negat Alpinus, cum exsiccatam exterius in cortice nigrā, inquit, intentiori ruffo: observavi, nigredinem nullam observare potui, sed, ut alibi dixi, vox μέλις latè apud botanicos antiquiores sumitur) centaurio magno similis (centaurium majus μεγάληρον, rha tracicum πολλόρρεον) sed minus & rubicundior (Centauri majoris radix foris nigricans, intus rubescens, succo sanguinei coloris pregnans, cuius quidem radix rubra intus, sed neutiquam magis rubra quam centaurei: dilutè rubrum succum mittit, apud nos magnitudine non cedit radici Centaurei) sine odore (Dodonæus ιωτοῦ legendum contendit, nam cum veteres omnes rheo tenues aëreasq; confiteantur inesse partes, odorem quoque simili inesse innuere videntur: tenui enim aëreæque substantiae odor comes esse solet; odorata enim tenuia sunt essentia. Vulgaratam lectionem defendit Plinius. Potuit, inquit Dodonæus, in depravatam incidisse lectionem Dioscoridis, qui tenuium partium rha esse non scripsit, sed adstringens valde esse; quod & Galenus affirmat, cum aliquanto calore: addit tamen lib. de Simpl. facult. Gal. aereum quandam substantiam laxa, seu fungosa, aliquantulum levis. Optimum habetur quod teredines non sentit, si gustatum cum adstringione remissa lente scat, & commanducatum colorem reddat pallidum, & quodammodo ad croceum inclinantem — ceterum summa ipsius vi adstringens, cum ali-

quanto colore. Hæc cum Galeni scriptis comparanda. Is enim quod fungosum est damnat, & tanquam depravatum ac spuriū esse lib. 1. de antidotis cap. 1. 4. præcipit. ἐπεὶ δὲ τοῦ ῥίνου καὶ αὐτῷ πρόσποιος οὐδέ εἰσι — ὅπερ γὰρ τὸ θεῖο τῆς ὄψις αὔτοῦ καλυόμενος πυκνὸν καὶ συνηγμένον ἔχει τῆς ὀλυμπίας ἀντίστοιχον. Οὐ τῷ γάνθιτε καὶ τῷ φουσταν ποιῶντα παντοῖσιν αὐτούραν, οὐ δὲ ὅλως ἔχει, καὶ τοι γε ισχυρόν ἔχειτο, τοῦ ἀκραίας ἐρήνης πεποντα μή τι εὐτυχίας. In rheo quoque fraus committitur — nam adulteratum vijsū densū per totum & compactū non esse docet. Sed rarius, & gustu tentatū saporem adstringentem, vel nullum vel obscurum remittit, cum tamen si adulteratum non sit, vehementer adstringat, cito tamen & ipsum foraminosum efficitur. Galeni hanc improbat sententiam Alpinus, idque quia radix rheī tracīi laxa & fungosa est; tum quod Galenus lib. 7. de simpl. med. facult. Diocoridis sententiam probare videatur, quod nimirū radix rha ponitīi sit laxa, & aliquantum levīs, cum levi & non multa adstrictione. Hoc postremum non dixit Galenus. Verba ipsa audiamus. ποὺς ποὺς δὲ προσευχεύοντον αὐτὸν ἦν, μικρῆς εἰς κεροτάσης εἰς δυνάμεως. ἔχει μὲν γὰρ περὶ τὴν γεώποδα Φυγέαν, οἷς ή τοῖς θηλαῖς οὐνίται δι τοῦ αὐτοῦ καὶ θερμότης, παρθρικαὶ γὰρ τοιαῦταις διαμεσταρόμενοι φαίνεται, οὐ μὲν οὐδὲ περὶ τοῦ ἑνὸς ἐνοίσις μετάχειρα λεπτομέρεις, οὐδὲ μὲν καὶ οὐ κανονότης τοῦ καὶ ηγουθότης, αὐτοὶ δὲ οὐκ οὐκέταις οὐ τοῖς ἕρεσ, δι αὐτὴν γάρ τοι τοῦτο, οὐ τοι σύνθον ὅμοιος — οὐ δέ τοι τὰ τῆς συνθέσεως ἔργα θλοποῖς καταπέμπειν εἰσι — εὐ γὰρ ἀντιτίθεται τοῖς γεώποδα Φυγέας τοι λεπτομέρεις διαρρέει. Καὶ δὲν τὸ πεδούλην, οὐ περὶ βαθὺς αὐγὴν, αὐτοὶ οὐχιροτερες συρρειας γέγονται. Rheum, quidam sed rha nuncupant, mistam habet tum temperaturam, tum facultatem; habet enim quoddam terrestre frigidum, seu indicio est adstricō, & adjuncta est quædam caliditas: siquidem si plurimum mandatur, subacre conspicitur, quin etiam aereæ cuiusdam substantia subtilis est particeps: quod indicat tum laxitas, tum levitas: verum & opera. Ob hanc tenuium partium facultatem ac adstringentem simul vim — porro quod adstrictionis opera haud instrenua sunt, hinc discere licet — nec enim relugetur terrestri frigido, tenui aereum: immo eo quod deducat, & in altum perducat valentioris affectus causa existit. Non igitur parum adstrictionis habet, ut Alpinus scribit, sed vehementer adstringit, quod ad capitib⁹ finem testatur Diocorides. In cujus verbis contradictione manifesta. Quomodo enim adstringens ejus vis summa esse potest, & gustatu remissam adstrictionem cum lentore præbere? Verba Galeni de Antidotis probat Avicenna lib. 2. tract. 2. cap. 585. sed altius rhei historiam examinare non decrevi. vide Salmas. exerc. pag. 796. & 797. &c. vide cap. de Centaurio. Illud videndum, an in rheo tracico hæc facultates sint. Fungosa, laxa, inodora hujus radix quod sit, negari non potest, præcipue exsiccata, in recenti adstricō nulla; exsiccata adeo exigua est ut vix percipi possit cum levissima acrimonia, alioquin insipida, inepta ad validam adstrictionem. Recentes foliorum pediculi, si comedantur, non ingratum saporem subacetosum, aromaticum palato exhibent. Ex his satis constat non esse rha Diocoridis, aut Galeni. Restat argumentum examinemus ex scholiaste petitum. Hic lapathi radicem εἶναι appellari scribit. Τὸ λαπάθιον inquit πέπον, οὐαὶ νῦν γένεται appellatur. Non itaq; antiquis, sed recentioribus lapathi radix dicta est; id enim τὸ λαπάθιον indicat. Præterea antiquis rha non πέπον, sed εἴη vel εἴσιν, vel, ut in aliquibus codicibus, πέπον dictum fuit. Nemo πέπον appellatum scripsit. πέπον lapathi radix dicta est, quod alvum moveret, δέ τοῦ πέπον fluere, solvere, quod alvum subduceret. Quam vim rheo tracico inesse nostrates observarunt, qui pro Rhabarbaro vero hactenus hanc plantam coluerunt. Lapatrum ob causam dictam nomen illud accepisse, verba scholia istis præcedentia satis indicant. Rhaponticum itaque tracicum, veterum non est rha; idque quod radici centaurii majoris similis non sit; nec ea rubieundior, quodque strenue, uti Diocorides & Galenus scriptum reliquere, non adstringat. An odoratum, an inodorum rha sit in medium relinquio. Dodonæi sententiam non rejicio, uter rectius Galenus an Diocorides de viribus rheī scriperit in notis ad Diocoride examinabo.

novum paroxysmum creeret. Sed tum etiam per scriptendum, ut in antiquo legitur codice. Trallianus lib. I. c. 15. de morbo comitali, τὸ δὲ σίδηος ἀρρενούσιον, οὐ φυτός τὸν ἵππον πηγής βλάπτει. Apium vitandum est, seu naturaliter comitiales offendens. Idem Avicenna scribit. Plinius lib. 20. cap. II. Ambo (Chrysis & Dionysius) neutrum ad cibos admittendum; immo omnino nefas: nam id defunctorum epulis feralibus dicatum esse, visus quoque claritate inimicus. Caule feminae vermiculos gigas. Ideoque eos qui ederint sterilescevere, mares feminasque. In pueris vero ab eo cibo comitiales fieri qui ubera hauriunt, Innocentiorum tamen esse marem. Plinium fabulosa scripsisse, ex recentioribus qui scribant, non desunt medici; hac moti ratione, quod Galenus in consilio pro pueri epileptico, apium aduersus hunc morbum prescribat, tum quod quotidie apio vescamur, nec epilepticum paroxysmum patiamur. Galeni verba haec sunt, οὐδέν γένεται πάντα δέσμοι στενοί τοι οὐδέποτε, πατοῦ δὲ οὐδέν τελεῖον, οὐδέ εμφύτευον τερατοφύδειον ποτε οὐδέποτε. Etiam ex his moderate quipiam, porrum interdum, & apium & Smyrnium degustare conferet. Notanda verba οὐδένδειον ποτε interdum, aliquando apponere, attingere conferet, quasi diceret, si copiosius ac saepius his utatur, damnum inferent. Id quod aperte satis paulo infra testatur. οὐδένδειον δὲ τὸ τῆς χειρὸς ιππονός καρκίνοις, η τοι οὐδέν τη τυπητῷ θηλείος χωρίσιον ιππονός καρκίνοις, η τοι οὐδέν τη τυπητῷ θηλείος χωρίσιον ιππονός καρκίνοις, η τοι οὐδέν τη τυπητῷ θηλείος χωρίσιον ιππονός καρκίνοις, η τοι οὐδέν τη τυπητῷ θηλείος χωρίσιον ιππονός καρκίνοις, η τοι οὐδέν τη τυπητῷ θηλείος χωρίσιον ιππονός καρκίνοις, η τοι οὐδέν τη τυπητῷ θηλείος χωρίσιον ιππονός καρκίνοις. In esculentiorum autem usū abundant illa que acuta sunt, & virtutem incisivam habent: dummodo insigniter non sint malis succi, odoremque habeant, qui caput teneat: quorum ex genere sunt, quecumque per caliditatem replete caput, quemadmodum vinum, & sinapi, & petroselinum, & daucus, & cæpæ, & Smyrnium: si supra laudasset magnopere Smyrnium Selinumque, non hoc dampnaret loco. Illud etiam notandum, quod hoc loco pro porro cæpam, pro selino vulgari Petroselinum, tanquam optimum in suo genere substituerit. Nam rarum ad modum alioquin Petroselinum, ut suo loco dicam) haec nimirum ultra modum inflammativa sunt, & malos humores generantia. Posset & alio modo Galenus cum Tralliano conciliari. Nempe viride apium quia crassos malos vapores in caput mittit, qui facile cum humore ingrediuntur ventriculos cerebri, epilepticis nocere, contra siccum præcipue semen quod dissipet & attenuet prodesse; quod & de Coriandro observarunt. Sed hoc siccum insuper facultatem habet corroborandi nervos, qua forte non destituitur Selenum. Alterum quod ab experientia movent argumentum, nullius momenti est. Etenim non omnibus apii eius est noxius, nec epilepsiam generat, sed iis tantum qui hoc morbo laborant, quorum cerebrum est debile ac infirmum. Et hoc aperte satis Trallianus, secus Plinius. Sed hic de lactantibus loquitur, quorum cerebrum languidum & debile est, multisque vaporibus & humiditatibus repletum. His utrum non noceat, observare convenit. Reliqua Plinii verba videamus. Neutrum, inquit, apium in cibis admittendum. Causam addit, quod defunctorum epulis dicatum est. Iis qui periculosius ægrotant, apio opus esse dicimus. Plutarchus 5. symposiorum pag. 676. η τοι δὲ ιπποφαλλούσιον τοι δέδηται στενόν Φανιού. Proverbii causam addit in Timoleonis vita; ubi milites ad pugnam castris educti mulis apium ferentibus obvii insaustum augurium putavere; quoniam apii coronæ sepulchris imponerentur, προθετοὶ ἀναβαῖνον τοὺς λόφους, οὐ τοιστελλούσι τοις φύλαις τὸ σερένητον, η τοι δύναμις τοι πολεμιστας, ιμβολευσι ιμποτοι στέλνεις κομιζοτοι, η τοι εργοπάταις ιστελθει ποτηρούσι τοι σημειοι, οπι τη μητροποτοι τοι τερψιν, ιωθειδη ιππεικούσι στέλνεις η περιημια ποτοι τοιντοι μέτραι, τοι επιφαλλούσιον τοι δέδηται στενόν τοι στέλνεις. Aliam tamen causam adfert Arnobius adversus gentes lib. 5. ubi haec refert: Oblivioni etiam sacra corybantia donentur, in quibus sanctum mysterium illud traditur, frater trucidatur à fratribus, interempti ex sanguine apium nascitur, prohibitus olus illud mensis apponi, ne à manibus mortui in expiabilis contraheretur offensio. Clemens etiam Alexandrinus exhortatione ad Græcos hujus rei meminit. ολειζον απαγγειλειν την τρυπητην πηγην. Quod porro inquit Plinius mares feminasque qui eo ederint sterilescevere, id falsum esse Belgarum adagium docet, Peterselp helpet de Mannen te paerde / de Drouwen onder de aerdt/

quo significant marem foeminamque ad venereum accendi. Geoponicum auctor lib. 12. cap. 13. βεαθη, δε το σίδηος καλαφιτσέρας ιτι μέ αρχεια ποιει της γυναικειος οὐδεις γενη συγχρεον της πηγηνοντος ιτι Σίνει τη σέλινα, νομοθετησι δια πηγην το γαλα. Apium comedunt & venerem procliviores reddit foeminas. Idcirco lactantibus non oportet concedere, praesertim ob id quod lac cohibeat. Interpres vertit. Apium in cibo acceptum, proprias vulnerum fluxiones magis pronas deferrificat; quare non permitendum lactantibus, ut apium edant. Quid velit non capio. Idem Plinius lib. 19. cap. 8. Honos ipsi (apio) in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeæ. Artemidorus lib. 5. cap. 7. disertim tradit, στέλνεις της πηγης επιφανοντος, ac ideo Nicander in Theriaca scriptum reliquit in Nemea repertum.

Καὶ αὐτέρευσθαι τοι νεμεαῖον αἰειφύλακοι σελίνου.

Iunge apii semen nemeum fronde perennis.

Nemæum, inquit Scholiafestes, ον ειη πηγη ινδην ή βοτανη αυτη, sic dixit quod herba ipsa in Nemea inventa, sed cur apium dictum coronamentum Nemæum? Dicunt Danaum, qui Nemeam possedit, cum filias elocaret, certamen decurrentium ostendisse procis metas, in quibus provenerat apium, quod excerpit is qui cursu cæteros anteverterat. Hinc apium, quod illius victoriae fuit symbolum, manasse ad posteros. Alii vero scribunt nemeas equas Iunonis, a quibus ibi paucitibus loco nomen inditum, apio, cuius ibi copia erat, fuisse nutritas. Nec his tantum alimentum fuit, sed illarum omnium quæ in nemæis ludis decurrebant, neque mirum, si pabulum velocissimi animalis, quod sua celeritate victoriae causa esset, ut pro insignibus coepit, atque adeo pro præmio victoriae. Certè equos bellatores apud Homerum Iliad. 8. apio pastos legimus.

-- επιποτοι δε παρ' αἴρμασι οίσιν έκαστοι.

Λαττην ἐρεπτόμενοι έλεσθρεπτόντε σέλινον

Εγγειουν.

Equi vero apud currus proprios uniusquisque  
Lotum commedentes in palude nutritum apium  
Steterunt.

Nec tantum hac herba nutruntur equi, sed etiam mendentur. Idcirco Homericus ille Achilles Chironis discipulus, medendi artis peritissimus, non tantum hominibus, sed ipsis bestiis consultum cupiens, post alias herbas injicit illis apium. (vide Plutarch. 5. Symp. pag. 678.) Nec id sine ratione. Nam apium morbo pedum medetur, quo post laborem indefessum otiosi equi laborant. Non tantum Nemæi certaminis præmium est apium, sed etiam victores ludi Isthmici hac herba coronatos fuisse scribunt veteres. Diodorus Siculus lib. 16. ου τοιντοι ιστοριστοι σέλινα κομιζοτοι ιτι της πεντάδας, η πρεσλιάντοι δικειδειαν της οικου της νίκης. περιθοστοι ισθμιαν σέλινον εις επιλιον συνισταντοι οι δι εργαπται, η οικοδειποντοις Ε πικολιοντοι οι επιλιον τοι στέλνεις της τερψιν, η τοι επιφαλλούσιον στέλνεις η περιημια ποτοι τοιντοι μέτραι, τοι επιφαλλούσιον τοι δέδηται στενόν τοι στέλνεις. Forte accedit ut apiorum fasciculi ad infernendos thoros à jumentis aportarentur. Hoc victoriae omen se amplecti dixit Timoleon. Isthmiacam enim coronam ex apio contexi. Quin etiam milites, jubente sic Timoleon, ex apiorum corollas neclunt, hisque capita redimiti, cum gaudio in hostem tendunt, ac si certam diu victoriam portenderent, quod etiam eventus ratum fecit. Idem loco citato Plutarchus. Apium in isthmico ludo signum victoriae, testatur Pindarus Olymp. od. 13.

Δύο δι' αὐτὸν ἐρεψαν ταλύκει σελίνου οι  
Γραιμάδεστιν.

Φανέντα. νεμεάται οὐκ αντίσσει.

Duo autem ipsum coronarunt plicamenta  
Apiorum in isthmiadibus  
Conspicuum: nemeaque non discrepat.

Utroque itaque in certamine victori apium dabatur.

Y y y  
Hoc

Hoc tamen discrimine, ut in Nemeis ex apio viridi, in Illyricis vero (mediis nempe temporibus, prioribus enim & postremis pinum dabant) ex arido coronæ fieren. Quod ideo factum putant, quod ludi hi in pīpha fuerint; apium vero habitum sit, inferis consecratum esse, quod victoræ esset symbolum. Latinis apium dictum fuit ab apice nomine deducto, hi enim apicem capit is apio coronabant. Macer.

*Est apium dictum quod apex hanc ferre solebat  
Victoris, veterum fieret dum more triumphus.  
Ipse sibi talen prior imposuisse coronam  
Dicitur Alcides; morem tenuere sequentes.  
Ast alii dictum credunt, quod apes vehementer  
Illi soleant avidè decerpere flores.  
Hanc herbam selsnon solet Attica dicere lingua.*

Variis in locis apium descripsit Theophrastus Lib. I. cap. 9. singulari radice constare, sed magnas subgerere propagines scribit; cap. 15. inter perpetuo virentia recentier. Ideo Nicander *ἀίφων* dixit versus supra citato. Scolastes exponit διὰ τὸ μὲν ἀνθεύαντα τὸ φύλλον. Cap. 17. foliis jam perfectis, emittere caulem, cap. 19. saporis quandam suaveolentiam præstare. Lib. 7. c. 1. cum Sol in Aquario est, ferere præcipit, ac ex semine tardius imē omnī provenire, quadragētimo nempe vel quinqueagesimo die: c. 2. lib. 7. diuturnā esse, & licet capitata non sit, tamen germinare, c. 3. radicem habere carnosam, lib. 5. de caule c. 6. & 7. de cultu ejus agit, lib. 6. de causis cap. 16. radices caulesq; cur dbleces sint, leucus verò folia cauſam dat. Eodem lib. cap. 22. fructum scribit esse odoratum. Hoc capite differentias recenset, ac apium aliud sativum, aliud sylvestre esse inquit. De sativi differentiis supra egit. De quo pauca nobis dicenda; ac primum probandum, Petroselinum vulgo dictum, apium esse veterum, & quod apium vulgo vocant, eorumdem paludarium esse. Vulgare Petroselinum omnes notas habere, quas de Selino, sive apio sativo veteres tradiderunt, facentur botanici recentiores omnes. Apium vulgare, sive id, quod Pharmacopœi fine distinctione sic vocant, non esse sativum apium, probatur vel eo argumento, tum quod in condimentis gratiam nullam habeat, ac propter odorem ingratum ab omnibus rejiciatur. Plinius lib. 20. cap. 11. *Apio gratia vulgo est; namque rami largis portionibus per jura innatant, & in condimentis peculiarem gratiam habent:* Tum quod singulari non constat radice, quæ magnas subgerat propagines, sed quod radicem habet multis coherentem fibris. Tum quod in caulis, folioque apii vulgaris nullum reperiatur discripen; ut de sativo scripsit Theophrastus cap. 4. hujus libri, ubi has apii sativi scribit differentias. Aliud inquit, *foliis spissis, criso, densoque, aliud rario, latiorique, cauleque majori.* Horum iterum aliud candidi caulis, aliud purpurei aut versicoloris: verum ad summam, ejusmodi omne sive vestri proximum est. Sic Plinius lib. 19. cap. 8. Et sativi autem differentie in folio dense, criso, aut rario, & leviore (Theophrastus *μαρτινερι*, non *λεινερι*) Item caule tenuiore, aut crassiore, & caulis aliorum candidus est, aliorum purpureus, aliorum varius. Ex his quod criso folio est, arte sic reddi scribit lib. 2. cap. 5. ipsamque artem ibidem docet, & lib. 5. de caule cap. 6. Videat lector quæ ad postremum annotavimus locum. Plinius lib. 20. cap. 11. apium aliud marem, aliud foemiam: ac ex Chryssippi sententia, foemina esse dicit, foliis crispioribus & duris, crasso caule, sapore acri ac fervida. Et ex Dionysii auctoritate nigrum ac brevioris esse radicis. An itaque crispum etiam apium à natura est, non arte? Sanè sic videtur. Lucianus capillos muliebres, eos qui offenduntur circa aures & tempora, esse multo crispiores inquit, quam apium in pratis. *οἱ παῖς ἀπὸ καρποφόρου παλὺ τοῦ σὲ λειμῶνι ὑπέβησαν.* De colore diverso hæc Plinius lib. 19. cap. 8. *Proprium ei quod colorem mutat.* Quod colorem apium aliquando mutat, certum est; sed an hoc ipsi proprium sit, affirmare est difficile. Magnum ut fiat apium Geoponicum, docet auctor loco supra citato: *μέχαλα ἵση σίλινα ταῦτα παλαιῷ τῷ αἰεμένῳ τῷ τελεῖ δακτύλωις συκλιθεῖσιν, ἵση καὶ πέπη περιττάτως, εὐθὺς δοθεύσης. ὄμγιστος δὲ μέγιστος ἴση σίλινος, οὐ περιττάτης αὐτοῦ τοῦ βίσσου ἀχνεας περιβάλλεται καὶ δοθεύσης.* Sic. *Magnum evadet apium, si seminis ejus quantum tribus digitis apprehendi potest, in panniculum vestitum illigaveris, deinde stercore instectum statim riga-*

veris. Similiter maximum erit apium, si circumfossis radicibus paleas adjecteris ac rigaveris. Majori denique, minori, latiori, angustiori, densiori, rariorique folio pro rati solique ratione apium evadet. Sed de his in libro de causis. Et hæc quidem de sativo apio. Paludarium, vel quod apium officinæ vocant, Græci *ἰλιοστέλινος*, vel *ἴλιοστέλινος* appellant, quidam *ὑδροστέλινος* quasi, humentum aluminum. Id Theophrastus apud aquæ ductus, & in paludibus provenire scribit: folio inquit esse raro nec hirsuto, figura, sapore, odore quodammodo apio simile. Recte addit m̄s. Nam odore est ingratu, apium vero non est insuave. Plinius lib. 19. cap. 8. Id enim quod sponte in humidi nascitur Heleoselinum vocatur, uno folio, nec hirsutum. Plinius legisse videtur μετόφολας. Tale non est palustre apium. Viri doctiores corrigunt, raro folio, nec hirsuto. Descripsit Heleoselinon Dioscorides lib. 3. cap. 75. *ἴλιοστέλινος θρύμβος*, cū τοῖς ιψιδρεοῖς τόποις μετέξεται. (Oribasius δὲ addit) *Ἐ ιπέριον στέλινος, &c.* Nascitur aquosis locis, sativo (aliquanto) grandius. Palladius in April, tit. 3. Et Heleoselinon mollis, folio & caule tenero, quod nascitur in lacunis. Et haec sunt notæ, quibus à sativo differt palustre. Apium officinæ dictum, paludarium veterum esse, probatu non est difficile; quippe notas omnes habet quas tradidere veteres, quod in dubium hactenus vocavit botanicorum nemo. Non esse sativum, præter jam dicta vel eo probatur, quod Petroselinum vulgari majus est, apium vero sativum in totum minus sit. Errat Magnus botanicus, quod Columellam de hoc apio lib. 11. cap. 3. agere scribit. Apium, inquit Columella, quoque possit plantis serere, nes minus semine, sed præcipue aqua latatur, & ideo secundum fontem commodissime ponitur, quod si quis id velit lati folii facere — vel si crispa frondis &c. De sativo loqui Columellam ex Palladio probatur, & Theophrasto. lib. 5. cap. 6. de caus. qui hæc de cultu apii, non de palustri, sed de sativo tradunt. Adde neminem usque adeo delectari palustri apio, ut hanc adhibere velit in colendo diligentiam. Columellam de aquatico loqui, credit summus botanicus, quod scribat aquis letari. Sed hoc argumentum levis est pondus; cum notum sit, apium græcis σίλινος dici, quod aquis delectetur, & apud aquas pulchrius proveniat. Quin etiam de sativo agere Columellam, vel illud arguit, quod circa fontem ponendum præcipit; cum palustre iuxta fontes & paludes sponte sua copiose satis nascatur, *ἴλιοστέλινος* sequitur. Doctissimus Gaza equapium vertit. cum, ut jam saepè à nobis dictum, in compositionibus vox *ἴλιον* magnum significet. Id quod vel Nicandri Scholiares docer: *οἱ οὐτοις αἴροντες διὰ τὸ μέγα οὖτας ή διὰ τὸ οὔτας σεργεύοντες.* Id est, Sic dicitur quod magnu sit, vel quod equorum urina difficultati medetur. Illud difficilius explicatu, an Nicandri Hippofelium Theophrasti, an vero Dioscoridis intellexerit; simulque indagandum, an una eademque sit planta. Quod Dioscoridis intellexerit, ex capite de Smyrnio palam fieri. Botanicus tamen magni nominis docet, quod Theophrastus Hippofelium, id Dioscorides Smyrnii nomine describere, docetque unam eandemque plantam esse; utrumque tamen Smyrnium vocari, & Theophrastum Hippofelini & Smyrnii historiam confundere; quod tam botanicus quam litteratoribus & ceteris viris doctis placet. Botanici ut suam probent opinionem, his utuntur argumentis. Theophrastus Hippofelino tribuit radicem nigram, Dioscorides vero canidam, Smyrnio nigra. Addunt, Dioscorides Smyrnium odore Myrræ esse scripsit, quod de Hippofelino tradit Theophrastus. Hic etiam ex Hippofelini radice nigra & crassa lachrymam defluere docet Myrræ similem, quod idem de Smyrnio monuit Dioscorides. Sed sciendum; Dioscoridem cum albam inquit radicem, intelligere intus albam: Theophrastus vero cum nigram dicit, foris nigram intelligere. Id quod Apuleus recte novit; cuius verba infra citantur. Hunc loquendi morem familiarem esse Dioscoridi, exemplis pluribus probare haud erit difficile Lib. 3. cap. 156. peoniae maris radicem λευκήν esse dicit; autophia tamen eandem foris rubescit, intus albam esse docet. Sic lib. eodem cap. 8. centaurei Magni radicem νιπτηρίου, vel, ut verus codex, ἐρυθρή rubescit, intus tantum rubet, foris nigricat. Eodem quoque libro cap. 7. glycyrrhizæ radices πυρόειδες esse scribit, que intus tantum buxeæ reperiuntur, foris nigrae. Hæc si considerasset magni nominis botanicus, nunquam scripsisset, Theophrastum historiam Smyrnii & Hippofelini confusisse. Alterum & tertium argumentum

pro nostra stat parte. Nam Dioscorides Smyrnium Amomi montis semen ferre, odore Myrrhae, testatur. Theophrastus verò ex Hippiselini radice crassa lachrymam difluere, Myrrha similem. Quæ quam diversa sint, & ferè contraria, quilibet videt. Quod & ante nos observavit in botanicis facile princeps Rembertus Dodonæus. Restat unum aut alterum argumentum addam, quibus Smyrnium Dioscor. & Hippiselum Theoph. diversas esse plantas doceam. Dioscorides lib. 2. cap. 79. Smyrnii semen rotundum, nigrum, brasiliæ simile, ac acre esse dicit. Theophrastus Hippiselini semen ervo amplius esse restatur. Adde, Dioscorides radicem Smyrnii acrem & fauces mordicantem esse docet; contra Theophrastus lib. 6. de caulis cap. 16. radicem Hippiselini dulcem, & esui aptissimam esse scribit. Ex quibus satis patet diversas esse plantas. Magni nominis litterator Dioscoridem, Galenum, ipsumque Columeliam errasse scribit, quod duplex Smyrnium esse scripserint, cum duplex (inquit) sit Hippiselum; idque probare conatur ex Græco Barbaris uno; Neophytus, inquit, unum tantum Smyrnium recenset. Quid? Galeni, Dioscoridis, Columellæ auctoritas penderet à Græco-barbari novitii scripto? Certe unius Columellæ, solius Dioscoridis, vel Galeni auctoritas major est, quam mille Neophytorum. Horum si quis erraverit, id non ex recentiori quodam Barbaro, sed ex antiquo & probato scriptore probari debet. Exempli causa, si Dioscorides erravit, id vel ex Theophrasto, Galeno, Columella, vel simili auctore uti Varrone, Catone probandum erit: si Galenus, ex Dioscoride, Theophrasto, cæteris. Quid magis notum, quam plantas diversas, à diversis scriptoribus, uno eodemque nomine insignitas fuisse, ut supra abundè satis probatum est. Sed præstat comparemus integrum Hippiselini a Theophrasto & Dioscoride ambo descriptionem. Id fieri ubi de nomine quædam præmiserim Græcis, ut dixi, Hippiselum vocatur. Latinis olusatrum, vel olus atrum; sic dictum à semine & radice atro, & foliis in puniceum vergentibus colorem. Latinos Hippiselum vocasse, testis est Columella lib. II. cap. 3. Atrum olus, quod Græcorum quidam vocant ιπποσελινος, nonnulli σμύρνην pastinato loco semine debet conseri, maximè juxta Maceriem (hinc hodie Italica Macarone dicitur; ) quoniam ουβρα gaudet, ου qualicunque convalescit loco. Quibus verbis quid erroris commiserit Columella, non video. Plinius lib. 19. cap. 8. Sed præcipue olusatrum mira naturæ est, Hippiselum Græci vocant, alii Smyrnium. Idem repetit lib. 20. cap. II. Ex quibus satis patet, unam plantam Hippiselini, duas verò Smyrnii nomine donatas fuisse. Hippiselum enim Smyrnium etiam dictum est. Et Smyrnium etiam propriè dictum, κατ' ιπποσελινον ου παστινη. Tamen Ætius, & præter hunc nemo, σμύρνην ου ιπποσελινον Hippiselum dici, notavir. Sed scendum de olusatro, non σμυρνη ου ιπποσελινον, dicto, eo loco agere Ætium. Ex dictis tamen patet, Galenum errasse lib. 2. de alimentor facultatibus ubi Smyrnium olusatrum dictum fuisse scribit, his verbis. ορμασσεται, ο εργαζεται οντινος ηδη παντες ον σμύρνην, αλλα ολιντερον ου λαχανον τοις. Και ης λογος αυτο την δεξιην ουδε δεξιευτην ον της τρεξεται, κραντηπει ουδε το σιον, ουδε το ιπποσελινον. Romæ autem vulgo jam homines omnes olus id non Smyrnium, sed olus atrum nominant, quod forte aliquis omnino ne inter alimenta quidem numerare dignabitur, quemadmodum neque siue neque Hippiselum. Errat Galenus. Nam hac in re Columellæ, utpote Italo, fides major debetur, ut cui gentis suæ vocabula ac nomina magis sunt cognita. Non enim Smyrnium propriè dictum Romani olusatrum vocabant, sed Hippiselum, quod à quibusdam etiam Smyrnium dictum fuit, uti Columella, Plinius, Actuarii auctor testantur. Accedit aliis error Galeni loco citato. Τὸ δὲ ιπποσελινον, καὶ σινη αὐθιστρεψε. Τὸ μέρη οὐρανος εἰς αἴρεται, εἰς γοῦν τὴν γεώμην. πάκτυπλη παπερόπεται. διαυγεῖσι οἱ ισι οὐ δεμόστερη πολλῷ τοῦ σελίνου, καὶ η αργετος. Ηρόδος ΙΧ. Hippiselum ου siūm inusitatiora, Smyrnium vero in vulgato usu, siquidem Romæ maxima copia venditur, acrinusque multo est quam apium ου calidius, præterea etiam aromaticum habet quippiam. Contrarium planè probatur ex eo, quod Columella, ac reliqui rei rusticæ scriptores ejus cultum neglexerint. Indicium, quod Smyrnium Romæ minus consuetum & rarum fuit. Quod vel ex eo constabit, quod in Amamo monte nasci scribat Dioscorides; contra & Columella, & Palladius Hippiselum frequens Romæ fuisse docent.

Hippiselion his verbis describit Dioscorides: ιπποσελινον οι μετριπολιται, οι δε αγροκολινοι, οι δε στερεοι καλεονται ιπποσελινον ου κυριωτεσσον σμυρνιον ου παρχεστο. οις αντικεισθαι ουσιαδη. οι δι μετρον καὶ λευκόπεργη ου κηπινον ουλινον καυλος κηπινος, ου φλος, τευφερος, οινοι ραμμιας ηχων. Φύλλα τολμαντερη, ιπποφινιειμα, ον οις ιστι ου λιβανιαπεπεστο. (Hæc in veteri desiderantur codice) κόρη, μηρη ουρανος, καὶ ορθομεμον. ουριστων ικανηποστο. οπιζεται δι μετρον, ιπποκηπεργην τασσον, δριμη ουλιαπατζον. οις ινιδη, λευκην (vetus λεπτη) ινιδης (ινιδηκος) catacur. ut & Lacuna) ον πατζια (vetus tacer) φυτην ον συστηση και παρ ινιον Εσ. Hippiselum inquit aliqui grielum vocant. (lego γειφιον, lic dictum à lineis, scripturisq; quibus caulis distinctus est. Hesychius γειφαθη, γειφιον. οι δι ζενη η αμινοστα, idem γειφιρη, γειφιρη. ιπποσελινος. Id est, scribere nonnulli carpere, vellicare ungubus.) Altis, inquit Dioscorides, sylvestre apium, quod sponte sylvestribus in locis nascatur, alii Smyrnium appellant, quanquam est aliud Smyrnium propriè dictum, de quo mox agemus. Smyrnii nomen accepit, quod rādix lachrymam emitat Myrrha similem, ut Theophrastus hoc cap. 6. docet, & lib. 9. cap. 1. Quem locum lector aeat. Idcirco Columella in hortulo Achaicam Myrrham vocat.

*Et lachrymas imitata tuas Cynereia virgo,  
Sed melior stacte ponatur Achaica Myrrha.*

Lachrymam ex Hippiselino colligebant, quam quidam pro vera & legitima Myrrha habuerunt; immo ipsa Myrrha stacte meliorem, ut scribit Columella Achaica, id est Græca. Theophrastus lib. 9. cap. 16. auctor est, Hippiselum nasci in Græcia apud Arcades. Hesychius Hippiselini fructum Smyrnium vocari scribit. ουδεισι ου ιπποσελινον ου κηπινος, καὶ δονη ή βασιν. Illud notandum, Græcos antiquos επιπεπτον, mediet verò ξατης επιπεπτον dixisse. Plinius lib. 19. cap. 8. Sed præcipue olusatrum mira naturæ est: Hippiselum græci vocant, alii Smyrnium, ου lachryma caulis sui nascitura seritur & radice. Succum ejus qui colligunt, Myrrha saporem habere dicunt; auctorque est Theophrastus Myrrha satis natum. Hippiselum veteres præceperant in locis incoliti, lapidosis, juxta maceriem seri: nunc ου repastinato seritur, ου & Favonio post aquinatum Autumni. Magnè nominis litterator utrumq; Smyrnium hoc loco confundi a Plinio scribit. Cum, ut inquit, Hippiselum Dioscoridum unum idemque facit cum Hippiselino Theophrasti. Sed iam supra probatum, unum idemq; esse. Pergit idem: Hippiselum porro illud quod lachrymam fundit, ου ex cuius radice succus colligitur sapore Myrrha, non est olusatrum, sed Smyrnium. Atqui Smyrnion κατ' ιπποσελινον nomen accepit, quod semen ferat sapore Myrrha, fortassis & odore. Hippiselum Dioscoridis sive, macerone, vel ut officinæ vulgo vocant, Petroselinum Alexandrinum, lachrymam fundere ex radice, Myrrha similem, docet experientia. Vtrumque inquit idem, à Plinio confundi, magis appetat in eo quod sequitur. Hippiselum veteres præceperant — seritur. Sane, inquit, præceperant veteres Hippiselum in locis incoliti & lapidosis nasci, sed non de olusatro Hippiselino, verum de Smyrnio intellegebant, sive Petroselinum Cilicio, quod certum est inculta & lapidosa amare. Concedo de Petroselinum Cilicio scripsisse Dioscoridem, quod locis incoliti proveniat: Sed Columellam, ex quo hæc Plinius, testari Hippiselum in maceris nasci, verba ejus supra allata ostendunt. Sed hac in re Columellæ fidem non adhibendam dicet. Ex unius ergo Neophyti, cuius nec verba recenset, auctoritate totum hoc negotium penderit? Sic vult litterator, scilicet ut aliquo nisi arguento videatur. In eo tamen errat Plinius, quod scribat Theophrastum autorem esse, natum Hippiselum ex lachryma. Quod præter veritatem est. Nam quodam ita sentire scribit. Falsum etiam est, quod scribit Plinius, ου caulis sui lachryma nasci Hippiselum. De radicis lachryma hoc dicit Theophrastus. Ad Dioscoridem revertor, qui Hippiselum majus candidiusque apio hirtensi inquit. Caule cavo, procero, tenello, ac veluti lineis distincto, foliis latioribus in puniceum vergentibus: in quibus ceu libanotidis coma, florum plena; quæ quidem in corymbos cogituri antequam deflorescat. Semen autem est nigrum, oblongum, solidum, acre & aromaticum; radix itidem odorata, candida, oricrata, neque adeo crassa. nascitur in umbrosis & juxta paludes. Eadem ferè Apuleius libro de virtutibus herbârum.

Alii Smyrnion vocant, alii Hippofelinon, alii Selinon agripon, Latini olusatrum. Egyptii denterobon, radice intus alba, foris nigra, (animadverte lector) stomacho commoda, non valida. Thysso molli, cavo atque celso, veluti scripturis notato, quas Graeci Grammata (vulgo grammas) vocant: foliis latissimis atque rubris (in puniceum vergentibus) Dioscorides: & recte, falso enim est rubra esse vel punicea) in quibus coma libanotidis similis: Semine nigro, longo, acri, accumulato, masticatione atque odore aroma similanti. Idem de Hippofelino Theophrastus. Quod de radice objici solet, id solvit Apuleius. Foliis inquit, Theophrastus paludapio similibus. Dioscorides apio latioribus inquit, tales & paludapii. Grandi caule esse etiam scribit Dioscorides Radicem inquit Theophrastus crassam esse, modo raphani, eamque carnosam esse lib. 7. c. 2. scribit. Dioscorides non adeo crassam inquit, sed nec raphani adeo crassa est. Prætetquam quod hoc de tota intelligi debeat planta; nempe respectu magnitudinis totius plantæ non adeo crassam esse. Supra dixi, Maceronem sive Petroselinum Alexandrinum antiquorum esse Hippofelinum. Dicit quis, hujus radices usq; adeo esse acres, ut fauces mordet. Sed in Petroselinum Alexandrinum radice acrimoniam tantam, nunquā percipere potui. Addet lachryman que ex vulnerata aut incisa fluit radice, acri amaritudine, Myrrham sapore æmulante esse. Fateor, alioquin radix apio hortensi calidior sicciorq; non est, sed Theophrastus radices ejus dulces lib. 6. c. 16. esse inquit. Respondeo, Theoph. dulce vocare eo capite ιντυμον, uti ipse ad capitum finem scribit, οὐτὶς δὲ εἰς οὐτινον -- ιντυμον, palato gratum. Non nego vero in locis fortasse Neapolii proximis, lapidosis, ac sulphureis, calidores ac sicciores esse, ob alimentum, quod ē Sulphurea terra hauriunt. Nec desunt, qui levisticum cum descriptione Hippofelini magis convenire afferunt. Videamus utrū magis conveniat. Petroselinum Alexandrinum (officinas nostras sequor) cum floret, apio sativo aspectu simile est, sed majus candiisque, uti etiam levisticum; utrumq; apio sativo caule procerius, verum maceronis caulis lineis distinctus est, quibus levistici caret. Folia radici proxima maceronis sunt apii hortensis latiora, atro viridia, seu saturo colore virentia, sive, ut Dioscor. in puniceum vergentia. Contra levistici ex luteo colore, uti etiam caules virent. Comam ac semen levistici cum descriptione Theophrasti ac Dioscoridis non convenire, ipsi qui contrariam defendant opinionem, fatentur. nam levistico nec coma laxa, nec ampla, sed contorta & angusta, nec in corymbum antequam defloruit, cogitatur. quod in Alexandrino petroselino vulgaris observatur. Levisticum semen fert oblongum, striatum, geminum, fodi coloris. Macerone crassum, oblongum, nigrum, ervo sive orobo amplius, amaricans, acri, aroma redolens. Utriq; radix foris nigra, intus alba; sed levistici ingrata satis, gustus acerissimi, sine ulla dulcedine, esui inepta. contra Maceronis esui idonea, palato non ingrata; quo nomine à Gallis, Anglis, Germanis avidissime in acetariis expetitur, ac ab olitoribus sedulè colitur. E radice levistici lachryma nulla, contra Mertonem, uti ante nos Clariss. Dodonaëus observavit, odore & sapore & colore lachrymam Myrrhae similem mittit, nempe ubi concrevit, alioquin cum primum emanat, lattea est. Et hæc de Hippofelino. De Smyrnio κατ' ισχην, quedam etiam dicenda. Describitur à Dioscoride lib. 3. cap. 179. σμύρνιον ὄπερ σὸν καλπία πεπεσσέλινον καλοῦσι. φυσικόν τολεῖσαν σὸν τὸ πεπεσσέλινον. Αμαντὸν δέ, καὶ τοῦτο καυλὸν μὲν ἵκε οἷον σελίνῳ, καὶ ψυχράδας ἔχοντα πολλά. φύλα δὲ τολεπιπόρος τῷ γυναικεῖ ταπεινήλατη, τολεπιπόρος, ρωματίσι, καὶ ἐνώπιον σὸν δρυμύτητα. Φαρμακῶδητε, καὶ ταπεινήζουσα τῇ λεύσσῃ. σκαλίδιον δὲ ἐπὶ τῷ καυλῷ, ἀνθετιδις, πτυρίς εγκόρδολας, οἷον τοῦ της καρδιβίτης, μίλαν, δρυμύν, γαρίνην, οὐ συνητη, ἢ αὐτὸν οὐτοῦ. ἡ δὲ φύλα δρυμύν, ενώπιον, αἱ πολλὴν, πολύχυλη. δέκανον την Φαρμαγγια. Φύλαν, ἔχοντα ἕξφερ μὲν καλπα, τὸ δέρμα δὲ καλοφύτην ἐπειδήποτε. Κανθάρισι, καὶ ανικητοῖς ἐπειδήποτε. Φύλα δὲ σὸν πτεργάδεσσι τόποις ἐγνωμόνις ἐγνωμόνις καρπονούσις.

Smyrnion in Amano gignitur monte. σμύρνιον hoc nomen accepit quod semen ferat Myrrhae sapore, vel, uti Plinius lib. 27. cap. 13. quod ejus odor Myrrhae habet qualitatem, unde & nomen. Idem Nicandri Scholia festi τὸ σμύρνειον (sic græci, ut dixi, antiqui inter quos Nicander) οἷον εἰς τὸ μετάλλη σελίνῳ δὲ καὶ εἰς ποσιλνον καλεῖται. σμύρνειον δὲ επιδή ἕξφερε εἰς τὴν σμύρνη κατὰ τὴν ὅσμην. Smyrnion simile est apio magno, quod Hippofelinon vocatur; nomen accepit, quod Myrrham odore æmuletur. Idem tamen Plinius lib. 12. cap. 12. & Smyrnium olus seritur iisdem locis, Myrrhamque radice resipit. Hoc de Hippofelino intelligendum, quod etiam Smyrnium dicitur. Eodem

loco. Libanotis odorem thuris haber, Smyrnium Myrrha, quod de utroque capi potest. Infima Græcia Smyrnium σμυρνοβόταιο, ab odore Myrrhae, appellavit. Glossæ botanicæ σμυρνοβόταιο περισσεῖται. Petroselinum, inquit, quia Dioscorides in Cilicia sic vocari scriptit. Neophytus σμύρνιον τὸ περισσεῖται. Idem tamen Neophytus, σμύρνιον τελευτὴν interpretatur περισσεῖται. Quod & in aliis Glossariis medicis se repperisse scribit Doctissimus Claudius Salmasius. σμύρνα τελευτὴ τὸ περισσεῖται. Doctissimus Muersius, quandam Lugduni Batavorum Professor, in Glossario μακριδίστας Græcos veteres σμύρνιον vocasse scribit, quod litteratori indefesso præter rationem, nobis tamen probabile admodum videtur. Hinc enim est, quod officinæ hodieque hoc sement Petroselinum Macedonicum, sed falso, vocant. Aliter tamen Suidas exponere videtur, σμύρνη τὸν λαχανὸν τὸ παρεῖται σειράνη λεγόμενη. εἰ της εἰδὸς παρεῖται αἴθου, η μακροί αἴθουσειράνη μακριδίστα. Intybum oleris genus quod vulgo σιρίχη dicitur, alii picrides, sed verius sic Macedoniām vocarunt. Hæc de nomine sufficient; descriptionem videamus. Caulem habet apii, copiosa cinctum agnata sobole, folia vero latiora, ad terram infrafacta (Doctissimus Salmasius legit περισσεῖται, τὸ δὲ τοῦτο τὸ περισσεῖται) nempe folia quæ terræ proxima sunt in circuitu sub infrafacta esse. Sed qua auctoritate sic legendum, nisi quod in antiquissimo exemplari sic legatur, non scribit; lectionem tamen hanc probat Plinius. Smyrnium caulem habet apii, folia latiora, & maximè circa stolones multos, quorum à sinu exiliunt pinguis, ad terram infrafacta, odore medicato & cum quadam acrimonia jucundo colore in luteum lange scente. Non dixit Dioscorides folia latiora esse, maximè circa stolones multos, & ab eorum sinu pinguis esse, sed caulem copiosa cinctum adnata sobole scripsit, folia apii latiora, & quæ terræ proxima infrafacta esse, subpinguis, robusta, odore medicato, & cum quadam acrimonia jucundo, colore denique in luteum lange scente. Habet & umbellam supra caulem, qualis anetho in se: semen rotundum, brassicæ simile, nigrum, acri, Myrrhae sapore, ita ut alterum alterius qualitatem representet: radix vero acri est, odorata, mollis, succosa, fuscæq; mordens, cortice prædicta foris nigro, intus vero pallido aut subalbido, nascitur in saxosis collibus, locis aridis & in cultis angulis. Hæc sic Plinius l. 27. c. 13. Capitulis caulinis

## Imperatoria.



orbiculatis, ut Anethi, (Dioscor. an rotundū sit, nō expressit, anetho simile dicitur) semine rotundo, nigro, quod arescere incipiente

*incipiente aestate* (non semen arescit, sed caulis & folia) *radix quoque odorata, gustu acri mordet, succosa, mollius, cortex ejus forniger, intus pallidus, odor Myrrae habet* (Hæc de semine Diolcorides; de integra planta, si modo non de sola radice Plinius) *qualitatem: unde & nomen. Nascitur in saxosis collibus & terrenis. Quæ planta Smyrnium referat, non satis inter recentiores Botanicos convenit. Hanc tamen controversiam dirimere vult in litteris exercitissimus Claudius Salmasius, docens ostrutum, sive astrantiam, herbariorum, quam alii Magistrantiam sive imperatoram nominant, veterum esse Smyrnium; quod ex utriusque historia comparata invicem & ut ait, collata, tanta ejus elucebit similitudo, ut unam eandemque esse plantam, qui fateri nolint, non possint negare. Anstrantiæ caulis, inquit, fæniculareus, folia, apii, in auri colorem languescentia, spondylio similia, minor tamen, robusta, hirsuta, aspera, splendentia, ex virore in luteum cum nonnulo rubore intensa, ut plurimū quæ radicibus proxima sint precipue trifolia, non raro vero numerosiora, nequit in circuitu circumfracta; caule fæniculaceum babere fatetur, nisi magis geniculatus foret, apio non diffinis, cubitalis, tenuis, inferius rubens. In pictura, ait, astratiæ, sicut eā nobis describunt Neaterici herbari, umbella visitur anetho similis. Ex his verbis apparet ipsum nunquam vidisse imperatoriæ. Seminis figuram facit; quod Botanici scribunt esse latum, planum, tenuis, se selisque modo in acutum definens. Mathematici rotundam hanc esse figuram negant, talis tamen Smyrnii seminis figura describitur: Nec semen astrantii nigrum est, sed candicans, nec odore Myrræ, sed seseli. Radix cum descriptione Smyrnii satis convenient, est enim acris, odorata, succo oleoso plena, foris è puniceo colore subnigricans, interius subflava, obliquè serpens, ac facili fecunditate stirpem multiplicans. Vidimus in quibus cum Smyrnii delineatione convenient imperatoria, etiam quas Smyrnio planè contrarias habeat notas. Hujus sylvestris quedam species Brabanti Herbam Gerardi vocant, graveolente radice, ac latissime serpente, hortis molestissima est, floribus foliisque astrantiam refert, verum nec ita splendentia ea, magisq; viridia, in quibus luteum rubrumque nihil conspicitur. Radice eandem refert, sed minor, tenuiorque multo ea est, ac multo magis serpens, novaque germina producens. Utraque, ut dixi, Batavis planta notissima. Botanici quidam Maceronem, de qua supra egimus, Smyrnum Dioscoridis esse scribunt. Non esse Smyrnum probatur; quod terræ proximè infracta non habeat folia, nec in luteum languescentia, sed coelum versus respiciens ac atro viridia. Semen præterea fert etiassum, nigrum, amaricans, oblongum, figura semiphaerica, sed paullum utrinque retusum in basi, nequitiam rotundum, nec ullam brassicæ representans figuram, quod ipse facetus Doctiss. in Diocoride commentator. Nec ideo, inquit, pro Smyrno reperienda, presertim cum ceteræ illi nota in universum respondeant, itaq; facile vel in seminis delineatione mendum subesse potest, vel quod non in rotunditate, sed in alio uno semine intercedat similitudo. Doctissimus ac generis nobilitate insignis botanicus Romanus conjicit similitudinem feminis brassicæ perperam à transcriptoribus corruptam esse ex verbo μηριχενος μεθυσατι, ut brassicæ legant pro canchrys, id est libanotidis chanchyferæ semen, cui, nisi esset nigro colore, simillimum esset, sapore acris, aromatico, odore medicato; quem Dioscorides Myrræ similem esse dixit. Hujus opinionem probare nequeo, tum quod Diocor. vel Plinius rotundum hujus semen esse memoræ prodiderint, tum quod codex nullus repertus, in quo μηριχενος legitur, omnes rotundum inste μηριχενος habent, quale non est semen Maceronis, sed antequam siccatur, rotundum inquit esse, postea vero dividi, duplexque esse, ut in omnibus umbelliferis. Contrarium semper observavitius, puta oblongum esse, antequam maturum sit, insuper odorem saporemque Myrræ nullum præ se refert, licet aroma redoleat; nec radix eam habet mordacitatem, quam scripta Diocoridis requirunt, sed esui apta est, ut supra dictum est. Aliam plantam adversariorum Autores pro vero Smyrno Amanni montis ostendunt, quam etiam desribit Smyrnii nomine Clariss. Dodonæus. Caule hæc & stolones apii habet; in horto tamen nostro raro plures quam duos tresve producit, secus in locis asperis ac incultis. Illud etiam notandum, hanc plantam in hortis, quibus solum pingue ac molle, vix ultra unum annum servari; contra ubi solum durius & squalidus, à semine deciduo ac radice repente ac superstite plures*

producere plantas, adeò ut inter horto molesta numeretur. Folia inferiora ac ex radicibus prodeuntia lata sunt & ampla, apii figura, colore viridi, splendente; qui tandem ubi caulem promere incipit, in luteum languescentem mutatur. Nec solum colorē, sed etiam figuram à priori longè diversam folia acquirunt; inferiora enim, ut dixi, ampla, lata, ac in complures particulas multipliter dissecta, adeò ut infracta videantur, ambitu ferrata, ab uno pediculo velut terna vel quiova cohærentia. hæc ubi caulis emergit, rotundantur, caulemq; ambiunt, non secus ac perfoliatæ folia, ut per medium illorum caulis transire videatur, nullis ab ambitu denticulis relictis, in cauliculorum summitatibus comantes umbellæ luteos edunt flores. Semina rotunda, globosa, subnigricantia, intus candida, brassicæ similia, odore ac sapore Myrræ referentia. radix foris nigricat, acris ac odorata est. Negat radicem cum Diocoridis delinéitione convenire Nobiliss. botanicus Lyncæus, quod grata & dulcis sit: quod nemo negabit; primoenim gustu ob himiā succi copiam acrimonia ejus obtundit, quæ postea satis vehementer prodiit, adeo ut fauces urat. vel dulcem esse dicimus, quandiu humida est, quam humiditatem ubi amitterit, acris evadere, ut lib. 6.c. 15. de iridis, acori, aliarumq; plantarum radicibus docet Theoph. Objicit insuper, radicem non esse nigra fatis. Noh exactè nigram esse, uti symphyti sunt radices, fateor, sed nigricantem esse, sive ad nigredinē tendere, experientia docet; & ita vox nigra intelligi debet, ut alibi exposui. Porro errant viri doctiss. qui Myrrhidem, cujus effigiem exhibemus, Smyrnii Columellæ existitant, quod odore, ut ferunt, Myrrham referat. Non esse Smyrnion Columellæ, vel hoc probatur argumento, quod instar Myrræ Lachrymæ non emittat. Nec Myrrhis dicitur, quod odore Myrrham referat. Nam μύρρα tum dicendum foret, μύρρα enim pro μηριχενος græcum non est, οὐλικῦ μύρρα & latinum est, ut Galenus testatur in lexico, μύρρα ἀτομή της σπέρματος θηλαῖς αἵ γένεσι. Ήoles sic Myrrham vocant. Duplicenti autem esse scripturam, quod alia exemplaria dicitur p. γένεσι. Etiam apud Theoph. ubi Hipposelini radicem lachrymam fundere scribit Myrræ similem, τὴν μύρρα pro μηριχενος legitur, vide lib. 9. ubi de Myrrha agit. Planta quam Diocorides μύρρα vocat, nomen accepit διὰ τὸ μερίζειν καὶ ιωδεῖς οὐρανού, quod odorata sit quasi unguentum redolens. Quod si verum, μύρρα scribendum erit, cum simplici p. In omnibus tamen codicibus scribitur μύρρη, διὰ τὴν μύρρα καὶ λεπτον. Dicendum quod librarii solent geminare p. ubi simplex esse debet, sic πορφυρός οἶcos, προτεραιος, αργελες, & δεργατα pro λεπτον. & δερεσιν, γαργατα pro λεπτον. Instabat quis, apud Plinius etiam geminato p. scribi, lib. 24. c. 16. Myrrhis, quam aliqui Myrran, aliis Myrrham vocant. Sed ex ipso Plinio scribendum esse simplifici p. probatur. In indice enim legitur de Myride, sive, Myra sive Myrra. Describitur à Dioc. Myris, vel, ut vulgo dicitur, Myrrhis his verbis, τὸ γαλλώ εἰ τὸ φύλλον οὐκετε κατεῖσθαι, πίταρ δὲ τὴν ιπιμίκην, απαλήν, πικρήν, ιωδεῖαν βραδύνειν. Similis est cicuta, caule & foliis: radicem vero habet oblongam, teneram, teretem, odoratam, cibo non insuavem. Plinius loco citato addit & flore cicuta similem esse. Simillima est cicuta, caule foliisque, & flore, minor tantum & exilior, cibo non insuavis, Lib. 26. cap. 11. geranii historiam cum Myrrhida confundit. Geranium aliqui Myrrhim aut Myrtida appellant. similis est cicuta, minitoribus foliis, & caule breviori, & rotunda, saporis & odoris jucundi. Quod falsum est, nec Diocorides quicquam de odore scripsit aut dixit. Contra Myrrhidas radicem odoratam esse prodidit. Sic solet vocum vicinitate decipi Plinius, ac confundere omnia. Myrrhis Diocoridis ea planta est, quæ hodie nomen illud passim audit. Nam caule foliisque cicuta similis est. sunt enim hujus folia magna, ampla, & admodum dissecta, veluti cicuta, sed non nihil hirsuta, colore vero & sapore & odore chærefolium referentia: caulis vero quandoque binum cubitorum, crassus, geniculatus, flores in umbellis candidi: semen vero magnum, oblongum, crassum, nigricans, cumino majus, radix longa, teres, candida, mollis, odorata, cibo idonea, sapore ferè pastinacæ. Errant viri Doctiores, qui vulgare chærefolium Myrrhin Diocor. esse existimarent; caulem enim cicuta similem non habet; cauliculi quippe breves, tenuis, teretes, intus concavi suhi, qui initio una cum foliis dilute virent, sed seminibus perfectis rubent. Accedit quod foliorum, quidem cærefolii, radicis vero usus nullus. καρπίθυλον, hominari putatur, quod luxuriosa foliorum fecunditate, & largiore coma gaudeat.

## Myrrhis.



vel quod gaudium hilaritatemque folia excitent. Apii genus quoddam ἀριστίαν, montanum apium; vel, ut Dōctiss. Gaza, montapium, quod in montibus nascatur, à reliquis majoribus distat differentiis, folio namque cicutæ simile, radice tenui, semine anethi minore. Idem etiam Plinius lib. 19. cap. 8. Tertium est oreoselinum cicutæ foliis, radice tenui semine anethi minutiore tantum. Idem Plinius lib. 20. cap. 11. Quartum genus ex eodem faciunt

## Oreoselinon.



aliqui Oreoselinon, palmum alto frurice ac recto (hinc ὄρθονος vocatum quidam observarunt) cumino simile. Di-

scorides semen cumino simile scriptis, id Plinius de planta Oreo~~lini~~ hanc dat Dioscorides descriptionem: ὄρεοσέλινον κανόλιον οὐ τοιχία μαῖς εἰς τὸ πόνον λατεῖται. τοιχία δὲ αὐτὴν κλωναρία ἐπιφάνεια κατεῖται (Lacuna legit. & φυλακεῖται, que lectio Theoph. & Plinii auctoritate comprobatur. Contra vulgata lectio auctoritate Oribasii, & Serapionis munitur. In codicibus nonnullis etiam antiquis legitur μυκωνία, quod si verbum de verbo vertas, Meconio, quod est opium, æqualia. Nullo ad hanc rem sensu; quia comparantur plantarum eo loco inter se capitula, non liquorum similes vires. Hermolaus Theophrasti codicem mendosum putavit, legendumque pro τὸ φύλακα κηνεῖται, περιφάνεια μυκωνίῳ capitula papaveris. Verum Theoph. codicem mendo carere Plinii verba testantur. Contra Diocoridis codicem in quo μυκωνίῳ legitur depravatū esse testantur Serapio & Orib. περιφάνεια δεπτότερη μέρη την ισχυράς. φίφ' ἀνθούσας, ιντιμήνης, δριμούς, ινδιόν, λεπτός, ισούσας κυριαρχούσα. φύτευται δὲ τὸ τόποις πατερίδοις καὶ δεινοῖς, id est, Oreoselinum caule est dodrantem alto, qui quidem singularis ex gracili radice assurgit: ambiant verò ipsum ramuli & capitula (folia) cicutæ similia; at multo tamen tenuiora: in quibus semen oblongum, acre, tenue, odoratum, cumino simile. In petrosis montosisque locis nascitur. Gaza, ut Theophrastum ac Diocoridem conciliaret, legit pro κυρπόν, κανόλιον; aut, quod non confit, codicem habuit in quo sic scriptum fuit. Ut ut sit, multum feminis cumini ac anethi figuræ differunt. Anethi enim rotundum, planum, tenui; cumini acuminatum & oblongum. Fortassis Theophrastus Pliniusq; ἀρτοῦ scriperunt. anisi semen proximè ad cumini accedit. Si ea vera est lectio, quod asserere nequeo, nulla erit inter Diocoridem ac Theophrastū discordia. Vel si vulgatam servare quis mordicus velit, κυρπόν exponat umbellam sive capitulum. Viri docti chærefolium, de quo modo nobis sermo, Oreoselinum Diocoridis esse existimarunt. Sed semen cumino non satis simile, licet angustum, oblongum, tenui, ac acuminatum sit. Nigrum enim est, aristis avenæ simile gustuque dulce, odoris expers. Id quod mirari quis possit, cum herba ipsa tota sua substantia odorata satis existat, cum anethi semine similitudinem nullam habet. Quare nec Theophrastū Oreoselinon dici potest. Folia an cicutæ habeat indagandum. De caulinis enim supra egimus. In initiis petroselino prope similia sunt, sed rupiora, pluribusque incisuris dissecta, ut eo nomine cum cicutæ majorem affinitatem contraxisse videantur. Sed quæ de semine diximus, satis ostendunt non esse Oreoselinum. Recentiores Oreoselinum existimant esse, quam veelguttam vocant, quasi multibonam, quod ad multa utilis & commoda habeatur. Folia huic sunt velut hortenfis apii, sed majora & ampliora, Petroselini Macedonici, de quo mox, non dissimilia, ex multis in tenuibus pediculis hærentibus composita: caulis brevis est, flosculi in muscariis albidi, semen petroselino Macedonico non dissimile, quod cum cumino comparari optimè potest, oblongum, acre, tenue, & odoratum, mediocris longitudinis ac crassitudinis. radix albida, odorata, gustu non nihil amaricans, ac acris. Locis reperitur montosis. An Oreoselinum Diocoridis, judicio Lectoris committo. Præscribit Theophrastus hujus semen ad aperienda menstrua in vino austero. Quod cum præter rationem sit, malui quandam legere ἐν τῷ μελικράτῳ, in vino vel melicrato. Apii semen ex vino non febricitantibus, ex meliocrato febri laborantibus dabatur, ut scribunt Diocorides & Plinius. Sed magis ἀρδπόν arridet, vino generoso. Αὐτὸν δὲ εἴτε exponit Erotianus ἵρις Θεοφ., δὲ διὸ καὶ τῆς θεοῦ, vinum generosum aut ex Andro insula. Antiquissimis græcis hoc vini genus cognitum fuisse probatur, quod Hippocrates ejus mentionem fecerit. Monet ad finem capitis de Oreoselinon Diocorides, Oreoselinon & petroselinon diversum apii genus esse, licet utrumque in saxis nascatur. ἐν δὲ τῷ αγαθῷ τοιχίον τὸ ὄρεοσέλινον ἔνεσται τὸ πτεροσέλινον, τοῦτο φύτευται σὲ περιεργονοῖς τόποις, απίκεται ἡχος οὐνος ἀμμου, οὐνος τερεψού δὲ καὶ δελμού (vetus δελμότερος) καὶ δελματίον οὐρητηρίου οὐνοντος αὐλαῖον. Τοιχίον apium, quod petroselinum dicitur, Petroselinum dicitur, vel quod in petris, saxisque, locisque præruptis nascatur, vel quod calculos frangendi vim habeat, teste Alexandro Aphrodiseo lib. 1. probl. 110. Quo loco, etiam qua ratione id præfert docet, διὰ τὸ λίθον τοῦτο θερμότητα πάγνυται. θερμότητα τὸ πάδιον ἐμπίπτει δὲ καὶ πτεροσέλινον — ἐν γενιμένοις ἐν τοιχίον

co citato. Plures ejus differentiae sylvestris quam feminam vocant, missior. Et in sylvestri que dicitur cania (Canina Cornua.) acrior, caule quoque mordaci simbriatu foliis, que vero etiam odorē fundit Herculanea vocatur, semen omnibus copiosum nigrum. Recentiores urticam dividunt in urentem & in non urentē, que non pungit galopifis à Dioc. vocatur, lib. 4. c 95. γαλεόψις οὐ διατεθέδοται. ὅλον τὸ θάμνον σὺν τῷ κυνόφι (vetus κυνίον συν τῷ θάμνῳ legit significantius) η τοῖς φύλαισι εμφέρει καὶ καὶ λεπτοφύλον διεπάντων τοῦ Διοκρίτου. Τὸν λεπτόν, πορφυρόφυλον, φυτόν τοῦ φεργαμούς οὐ πάρα τούτον οὐδὲ εἰς ιππεῖαν παντελέχει. Galopifis, legendum ex Plin. & meliori Cod. Γαλεόψις quod aspectu mustelæ sit, vel similitudinem quandim mustelæ habeat. Flores squidem mustelæ faciem ac rectum quadantenuis exprimunt. Quam aliqui galeobdolon vocant, id est mustelæ dolosus alpestrus, seu fraudulenta facies. Plinius lib. 27. cap. 9. galeopsis vel ut alii galeobdolon vel galion. Postremum hoc ineptum putat Dalecampius; forte Plinius scripsit galeon. Nomen illud accepit à florū galeata e figie, quod ejus flores galeæ quendam aspectum referat. Ego si græcis antiquioribus usitatum scirem, latina nomina cum græcis componere, legerem γαλεόψις. Toto inquit Dioscorides frutice cum caule & foliis urticam refert. At leviora sunt folia, & valde gravem odorē trita reddunt, flores vero tenues sunt ac purpurascentes, nascitur circa sepes, semitas, edificiorumq; areas ubique. Idem Plin. loco citato, caulem & folia habet urtica leviora, & que gravem odorem trita redundat, nascitur circa sepes, & semitas ubique. Idem Plin. lib. 22. c. 14. & l. 21. c. 15. inter urticas recentes & lamium vocari scribit. Que innovia mortuū carens lamium vocatur. Nec mirū hoc videri debet. Solet enim Plinius eandem plantam bis describere sed nomine diverso, aliquando etiam eodem. Idem Plinius lib. 22. c. 14. album habet in medio folio, quod ignibus sacris medetur. Hodie urticae mortuæ genus quoddam reperitur quod maculatū vocamus, à lacteis maculis; unde & nomen apud græcos accepit; nam γαλα lac & αἷς. Asperatus, quod lac representent in folio. Prius etymon doctis quibuldam arridet, nobis postremum, idq; quod in vulgata urtica mortua, hyberno tempore, maculæ conspicuntur albae, que per totum folium decurrent. Errant qui schrophulariam vulgo dictam galeopin existimant, quod flores edat, qui galeæ similitudinem referunt. Huic enim folia ac caulis urticae non satis similia, gravi odore carentia. Frequens etiam reperitur in scrobium marginibus & uliginosis locis, cum galeopin Dioscorides circa sepes & edificiorum areas nasci scribat. Galeopifis plura recentiores noverunt genera, que à Bauhino in Phytopinace recentesunt. Hunc adeat lector, nos que maximè cum descriptione veterum conveniunt, exprimere curavimus.

Plautum convenienter, exprimere cura vultus.  
Παρθένος nomine plurimæ plantæ donatæ sunt, teste  
Dioscoride variis in locis. Nam matricariam lib. 3. cap.  
155. παρθένος dictam scribit παρθένος οἱ δὲ αἰδεσχητοι οἱ δὲ  
λυκάργητοι, φύλλα τὰς οἵας καρδία λεπτὰ Σ. parthenium  
aliqui amaracum, alii leucanthemum vocant, folia est corian-  
dis tenuibus. Idem cap. 191. de mercuriali λυνόρωσι οἱ δὲ  
παρθένοι οἱ δὲ ιψε βούτην καλέσι. Linozostis aliqui parthe-  
nium, alii Mercurii herbulam appellant. Idem c. 86. lib. 4.  
de parietaria five helxine. ἔξιν οἱ δὲ παρθένοι, οἱ δὲ σπερματικοί,  
οἱ δὲ ιησοχλεῖαι, οἱ δὲ ασυρίαι οἱ δὲ υγειεινή άρισται, οἱ δὲ κλιναδιοί,  
οἱ δὲ πολωθημοὶ καλέσοι. Φύται ταὶ τειχοῖς καὶ τοιχοῖς. Helxine,  
quam nonnulli parthenium, alii sideritum, alii hercacleum,  
alii asyrian, alii hygienam agriam, id est sanitatem sylve-  
strem, alii clibadion alii deniq; polyonymon. nascitur in ma-  
ceris & parietinū. Sunt aliae plantæ hoc nomine donatae,  
teste Galeno in exegesi. παρθένος τὸ σμικρόφυλλον καλέσται δι-  
παρθένοις, Εἴ τι αὐθεντικός, Εἴ τι εἰδίτην, Εἴ τι λινόζωσις, Εἴ το διαμέριση, άλλα  
Εἴ διοικερίδην μηποτοῦ. Φύται, αἴκεστος ηὗται τὸ ξελίνη, οὐ τὸ λινόζωσις,  
τὸ ιὔδε το σμικρόφυλλον partheniū minuta habens folia. Voca-  
tur autem parthenium & anthemus (chamomilla & helxine  
parietaria) & linozostis (mercurialis) & amaracon (ma-  
tricaria) sed & Diolcorides, inquit, nunquam intelligen-  
da est aut helxines, aut linozostis species. Per τὸ σμικρόφυλ-  
λον exigua habens folia. Ex his, inter olera numerari pos-  
sunt helxine & Mercurialis. Sed cum deMercuriali φύλ-  
λο nomine agat lib. 9. verisimile fit de parietaria intelligere.  
παρθένος vocantur omnes ἡε̄ plantæ, quod morbis  
mēdeantur mulierum, præcipue virginum. Sed pariet-  
aria quem curet morbum virginalē, haud scio. Plin. lib.  
22. c. 17. aliam nominis causam exponit, Vernula inquit  
Charus Pericli Atheniensi principi, cum n̄ in arce templum  
adificaret, (vide Strabonem & Vitruvium, qui Ictinum  
architectum fuisse scribunt) rep̄fissetq; super altitudinem

fastigii, & inde cecidisset, hac herba dicitur sanatus, monstrata Periclis somnio a Minerva. Quare Parthenium vocans coepit, assignaturque ei Deo. Helxine dicitur à semine aspero, vestibus tenaciter adhaerente, ut Plinius loc. cit. scribit, & Dioscorides testatur. Aliud tamen etymon dat Nicandri Scholiast. Ελξίν καρπόντινον, τοῦ ἔλκειν οὐ κατηγόρειν δύναται εἰπεῖν. Η δόκιμον την εἰδὺν φύσιά. Helxine vocatur, quod sit attractiva virtus, odor enim ejus vim attrahendis habet, sive quod prohibeat ne juxta se alia herba crescat. Postremum utrumq; falsum, ac helxine de qua superiori libro, magis convenit. Sideritis cur sic dicatur, affirmare nequeo. Forte ob aliquā cum siderite similitudinem. Heracleæ nomen ab Hercule procul dubio accepit, qua de causa, ignoro. Asyrium pro qua voce Oribasius *in* habet, cur dicta me fugit, nisi sic dicta sit ab *in* *lō* *simplico*, *volvo*, quod involutum & implicatum semen habeat. Apud Apuleium clybatis legitur forte sic dictum quod aquosa etiam amet. Vide Nicandri versus infra. *vñ* *zēn* *zēi* *sanitas* *agrestis* dicta, quod ubiq; in partibus obviam esset, & ad plures morbos valde utilis: interpres vitrariam seu urseolariam vertit, idq; quia apud Apuleium sic legitur: quod detergendas urceolis vitreis polleat. Sed Plinius loco citato sic dictum alterum parthenii genus scribit. Perdicium sive parthenium (nam sideritis alia est) a nostris herba urseolaris vocatur, ab aliis astericum foliis similis ocimo nigror tantum, nascens in tegulis parietinisque. Confundere Plinius videtur parthenii genera. Nam perdicium helxine dicta est, ut ipse in principio capitii fatetur, & mox pluribus dicam, nec ab hac diversa sideritis. Ocimi foliis mercuriale describit Dioscorid. parietariumq; in partibus nasci, non inepte conjicit Saracenus pro *vñ* *zēn* *zēi* restituendum, idque quia apud Apuleium sic legitur. Sic dicta videtur, quod ipsius feminæ quæ lappaceis capitulis inclusa sunt, tenaci nexus instar visci uestes, quibus adheserint, ad se trahunt. clibadion, vel ut alii clibiodion, vel, ut Apuleius clybatis dicitur, quæ vera lectio. Nicand. in Theriacis.

in capitebus Lappacem, adhaerentia vestibus; unde & helix  
inen dictam volunt. Has notas omnes parietaria vulgaris  
habet; cuius duo reperiuntur genera, foliorum & caulinum  
magnitudine differentia. Satis cuilibet cognita planta.

Qui strychnon vel solatum vocari dixit, scri-  
psitve, ex antiquioribus recentioribusq; inventi neminem.  
Multa spuria nomina recenset Apuleius cap. 74. sed eue-  
pati nullam facit mentionem. Graeci, inquit, strychnon  
hemeron, agriam staphylen, Thalias manicon, perisson.  
Anhydron, manten, dorycnion moly vocant. Latini bel-  
lonarium, vaticam apollinarium, somniferum, strumum  
cucullum. De solano lib. 9. agam, ubi Theophrastus dif-  
ferentias omnes recenseret. Hoc unum hujus loci est, Do-  
ctissimum Gazam minus recte vertisse vesicariam; siquidem  
vesicaria illud tantum solani genus dicatur, quod  
halicacabum vocant, quodq; in cibis recipi negat Diosc.  
lib. 4. cap. 72. δύσματι χει καὶ τρηποῖς τὸν αὐτὸν τὸν κυππαῖον σε-  
χνόν, χωρὶς Φθερόσκοδον. Vim usumque obtinet hortensis sol-  
ani, nisi quod in cibis minime recipiatur. Plinius lib. 21.  
cap. 3. I. Quorum alterum, cui acini coccinei, granosi folliculi,  
halicacabum vocante, alii callion, nostri vesicariam, quo-  
niam vesica ac calculis profit. Non inepte sic dictum hoc  
solanum, quis affirmabit, quod inflatae vesicæ folliculum  
simile gerit, qui fructum amplectitur.

Corchorus, vel, ut apud alios legitur, κέρασθε & κέρα-  
σθε, in proverbio est Δέ παρεγένεται. Suidas, κέρασθε ἀργείον  
λάχανον. iustulus διὸ καὶ παρεγένεται κέρασθε ἐλαζανος. εὐτὸν, ιστὸν  
ποὺον τὸ κέρασθεν λαζανόν, οὐ τὸ παρεγένετον, αὐτὸν εἰτελεῖς ιδειμεν.  
λέγεται δὲ τὸ τοιοῦτον παρεγένετον καὶ εὐτὸν, οὐ πατεῖ παρεγένετον  
δὲ ποὺον, οὐ καὶ εὐτὸν μέντοι. Corchorus sylvestre olus vile,  
inde natum proverbium etiam corchorus inter olera. Non  
nulli pīscem corchorum existimant, qualis hippurus, contem-  
ptumq; ac vile esse edulii genus. Adagium dici solet iti ho-  
mines frugales & indignos qui sua fortuna majores sibi  
querunt honores, & gloriam quam se decet clariorem  
aucupentur. Vel de his loquitur adagium, qui gratam  
voluptatem, & suaviorum nonnullorum consuetudinem  
qua frui possent, tristi vel amarulento conventu turbant.  
Meminit corchori Nicander in Theriacis, ubi adverlus  
serpentum venenum prescribit κέρασθε ἡμέραιον. Ad hunc  
locum Scholia festes, τὸ δέ κέρασθεν εὔδος βυτίου, εἴτε λαζάνην ιν-  
πλεῖ. οὐδὲν δέ παρεγένεται, Εἴ κέρασθεν εὐ λαζανος, Εἴ φασιον μετα-  
την τέττα. οὐδὲν δέ κατακλινόμενον. οὐδὲν δέ ημέραιν αὐτὸν ιππόν. διαβε-  
λλούσθε φύλλον ἔχον ημέραιν, δηλαδή πελειοσ μένον, οὐ ποτοῦ οὐ-  
δεν δέ γατα ηγένηται πάντα οὐ γεμάνη συντελείνεται εἰτον καὶ  
ητφαλισμένη. Corcoron herba oleifera oleiferaque genus vile, unde ad-  
gium etiam inter olera corcoron. Hujus meminist Ephesiost.   
Planta hæc semper in terram declinat, unde etiam ιππόν, id  
est incumbens, ipsam dixit Nicander; quasi fronde vacans;  
vel ιππόν significat conclusum, uti apud Hesiodum conclusa  
terra, sylvaque. Omnia enim byeme sunt contrafacta ac stricta.  
Hæc multum lucis ad cognitionem corchori præbent,  
uti mox audiemus. Theophrastus folium corchori, oc-  
timum æmulari scribit, & παρεγένεται πρα habere. Quid per  
παρεγένεται intelligi oporteat, indagandum erit. Vulgo  
amarorem significare, notum satis esse arbitror; attamen  
quandoque pro sapore aspero, ingrato, injucundo retro  
poni extra controversiam ponit debet. Graeci enim  
μέρος αἱματιδας & κηρικας αἱας dicunt, id est austeros & ac-  
erister salbos sales. Ineptus esset, qui salem amarum dice-  
ret. Quomodo hoc loco capi debeat, mox dicam, ex utroq;  
hoc loco Theophrasti, Nicandrius. Hæc de cor-  
choro lib. 21. c. 22. scriptis Plinius: Corchoron, inquit Alex-  
andrinis cibi herba est, convolutis foliis (ιψόν Nican.) ad  
similitudinem mors (lego ex Theoph. ocimi) præcordis, ut  
ferunt, utilis, alopeciisque & lentigini, boum quoq; scabiem  
celerrime sanari ea invenio apud Nicandrum quidem &  
serpentium morsus, antequam floreat. De corchoro non  
satis recentiores convenient. Alii enim Hieracium mu-  
torum folio pilosissimo, quod vulgo pulmonarium gal-  
lorum flore hieracii vocant, corchoron esse statuunt. Hæc  
non in terram declinat, sed sursum attollitur, foliisq; est  
ocimi dissimilibus. Alii melochiam Alpini corchoron esse  
statuunt. Herba hæc blito persimilis; folia tamen angu-  
stiora, longiora, acutioraque; humi insuper non serpit, sed atrollitur. Nata nobis hæc planta è semine anno 1625  
Est cibus gratus, familiaris, & expeditus Aegyptiis, teste  
Alpino; & quod maxime repugnat eorum sententiae,  
convivia parentia melochis ab Aegyptiis parum reputantur. Hujus plantæ decoctum pectori amicum, ex cuius  
bus nec asperum nec amarum esse colligimus. Doctiss.  
Tragus anagallidem existimat corchorum esse omnia  
conveniunt, excepta amaritudine, quæ in anagallide  
non reperitur; & tamen anagallis est corchorus. Auctor

Auctuarii, Αναγαλλίδην φοινικήν, δὲ οὐτόν, δὲ δι των  
εἵπεται, αεφήται αίματον οφθαλμόν, ερμασι μαλα — αναγαλλίδη  
κοινή δι την κρεμφρού, οι δὲ αἰλικούς, πεφθατα τοκτέλην. Plinius  
lib. 25. c. 13. anagallida aliqui corchorum vocant. Sed di-  
versum hoc corchorum esse à priori viri doctri affirmant;  
rationem tamen nullam addunt. Credo quod Plinius de  
corchoro, anagallide, & Alexandriño bis, tanquam de  
diversis egerit plantis; cui nihil magis familiare, quam  
de una eademque planta ex diversis scriptoribus, quan-  
doque nomine diverso, quandoque eodem, tanquam di-  
versa agere planta. Accedit quod amaritudo in ea  
manifesto non percipiatur. Huic objectioni occurritur.  
Plinius, cum eodem hoc capite inquit. Mirum quod pe-  
cora fœminam vitant (hanc tantum Auctuarii auctor κέρ-  
ασθεν vocari scribit) at si decepta similitudine (fidere enim  
tantum distant) degustaveret, statim eam quæ asyla appellat-  
tur, in remedio querunt, ea à nostris ferus oculus vocatur.  
Cur vitant pecora hujus elutum? Nulla alia causa est, quam  
quod propter asperitudinem ingratia sit, & jam supra  
probavimus πικρός etiam de asperis & ingratibus apud  
græcos dici. Corchoros nomen accepit ab oculo, διό της  
κέρασθεν καταστάσια, quod oculi pupillam ornet sive purget. Plinius  
loco citat. Vtriusque succus oculorum caliginem dis-  
tit cum melle, & ex ictu cruxorem, & argema rubens magis  
cum attico melle inuncta, pupillas dilatat; & ideo inun-  
guntur ante, quibus paracentesis fit; jumentorum quoque  
oculis medentur. Dioscorides lib. 2. cap. 209. Καθαιρεῖς  
κέρασθε μέλιτον ἀπίκαιον, καὶ αμβλωποντας βαθεῖς, Εἰχοδηκτος  
μετ' οὖν πινδύματον. Emendat & argema cum melle Attico,  
& oculorum hebetudini opitulatur, sed & morsis à viperā  
prodest ex vino potus. Ad quod malum Nicander etiam  
præscripsit corchoron. Hec omnino satis ostendunt cor-  
choron & anagallin eandem esse plantam. Quod magis  
utriusq; demonstrabit descriptio. Sed de etymo anagal-  
lidis videndum nobis primum. Αναγαλλίδης dicta videtur vi-  
ris doctis ab αἴρεις καὶ γάλας, quod æq; reprimat ac reponat  
sedem prociduam. γάλλας denotat eum cui amputata  
sunt virilia. Verisimilis nomen illud accepisse διό της αρ-  
γασθεν τῆς ψύχας, animas evocare ac elicere. Magica enim  
herba est, ac à Magis proprio nomine magico donata.  
Belgis gupthel-hupt. Germanis gauch-beil, id est fa-  
tuorum salus, quod in limine vestibuli suspensa, contrâ  
maleficiorū introitum pollere credatur. Magicam her-  
bam esse, ostendunt hæc Plinius verba loco citato: Præci-  
piunt aliqui effossuris, ante solis ortum, priusquam quicquam  
aliud loquantur, ter salutare eam, tum sublatam exprimere,  
ita precipitas esse vires. Hac de cauſa à Marcello Empiri-  
co, auctore sauis celebri & antiquo cap. i. magiam nomi-  
natā credo. Vulgo tamen macia legitur, aut maciae, quam  
græci anagallida appellant. Vulgatam servo, quia hanc  
Auctuarii probat auctor. Sunt huic alia nomina spuria,  
uti οὐνεῖς, à coeruleo acris colore, quo fœminæ flosculus  
gaudet. Αὐνεῖς à fulgore & luce aëris, quam græci άνεις  
vocant. οὐνεῖν dictam volunt à lacertis (genere insecti  
notissimo) quas græci οὐνεῖς dicunt; quoniā succo earum  
antiquitas viperarum morsibus mederetur, quæ lacertis  
quadam similes sunt; velquod frequens hoc inse-  
ctum inter anagallides reperiatur. Favet, inquit, huic  
sententię Nicander in Theriacis, οὐνεῖς herbā appellans,  
contra venena utilē. Quam ob cauſam mutata tantum  
nominis causa, hic οὐνεῖν ab aliquibus appellari dixit.  
Fatentur tamen viri hi undiquaq; doctissimi, ex Nican-  
dro hon posse colligi, & pro comperto haberit an οὐνεῖς  
anagallidem, an aliam quandam herbam in olerum ge-  
nere sic vocarit. Recte hanc cautelā addiderunt, quippe  
apud Galenum in Ezegei legitur, οὐνεῖδος η κρεδαρίς βα-  
τελην δε της καὶ η χάμα ουσιότητες. η αὐτη η κρεδαρίς δρομάζει-  
ται. Sauridion vocatur herba, quæ cardamis dicitur, a figura  
similitudine, quæ & cardamum vocatur. Idem Erotianus.  
Non inepte quis οὐνεῖν dictam opinaretur, quod extra-  
hendi infixa spicula vim habeat. Nam ουνεῖν cuspidem  
hastæ denotat. Describit anagallidem Dioscor. his fere  
verbis: της αναγαλλίδης διτήν εὔδος εἰς Διόφιτον αἴτειη μέρη τοῦ κρά-  
τος ἔχοντα τὸ αἴτον. Πάλαι τέτταντον δὲ τὸ φοινικέν, ἄρρεν. Ταῦτα δὲ  
τοιούτα κεχωμένα εἰπεν γῆς. Φύλλα τοῦ οὐνεῖν τοπερανταν ουνείδιον μικρο-  
τωντος μηλα, τοσούς της τοιούτην φεροτοπει φειδεῖ Σ. Anagallidē  
duo genera, quæ florē distant: nam quæ caruleo est flore,  
fæmina dicitur, mas quæ phœniceo. Galenus lib. 6. simpl.  
αναγαλλίδης ινθέρρη, η τὸ κανάρινον ἄρτον ηχοντα, Ε φοινικόν, utri-  
usq; anagallidēs tam quæ florem habet cyaneum, quam quæ  
phœniceo. Plinius loco citato, duo genera ejus, mas flore  
phœniceo, fæmina coeruleo. Mirabitur aliquis, quod Dio-  
scor. & Galenus has in duo genera divisorint, cū tantum  
flore distent. Respondetur in duo genera, ac quidem dī-  
verso

verso distinxisse, quod facultate sint diversae. Sic enim ad  
capitis calcem Diosc. pharao die in eo tunc id est exhortatio  
et propria de ductu lysis sedetur. tunc de re floribus iherosolimis  
etiam in libro de medicina et de re floribus. Ajunt nonnulli impositam eam que cæruleum edit  
florem, sedis procidentia retro agere: quæ vero phænicium,  
eandem proritare. Hanc diversam facultatem ni haec plan-  
tæ habuissent, eas tanquam diversas non distinxisset,  
sed ut unicam considerasset; florum enim diversitatem  
nunquam tanti fecit Dioscorides, ut plantarum idcirco  
faceret distinctionem. Id quo plurimis exemplis pro-  
bari potest. De polygono, astere Attico, attractylide,  
ranunculo priori, papavero, rheade, telephio, narcisso,  
& similibus. *Frutices*, inquit, sunt exigui, in terra jacentes  
(hoc de corchoro Nicander) quibus folia in caulinulis  
quadrangulis pusilla, subrotunda, ad folia helxines acci-  
dencia, fructus rotundus. Id est ferde de foliis Theophrastus;  
Nam helxine folia habet mercurialis; ut supra ex Dio-  
scoride dictum est, mercurialis, ut Dioscorides lib. 4.  
cap. 191. ocimi. οὐδὲν, inquit, οὐδεις οὐλης τοι της ἀλεξινης  
ιδασται. Folia habet ocimi helxine cognata, sed minora.  
Anagallis itaque foliis constat ocimi. Plinius loco citato.  
Non altiores palmo, frutice tenero, foliis pusillis, rotundis,  
(qualia ocimum minus) in terra jacentibus. nascuntur

**Anagallis föemina cærulea.**



*in horis & aquosis; prior floret cærulea. Et hanc Longus lib. 3. inter vernos collocat flores. Anthonae de s. w. in se-*

Κ Ε Φ. Θ.

*Germinatio quibus temporibus in oleribus, arvensibusque fieri soleat. Deque florum  
differentia, & que differentiae in caulis publicæ.*

**H**δὲ Βλαστησις ἐ τῷ πάντων δὲ ἐ τῶν ἀλλασ, τῶν μηδ  
αύτα τοις περί τοις υετοῖς ἐσι μετ' ισημερίαν. οἷον  
ἢ Λ' Φάκης η ἢ ἀΦάκη, καὶ τὸ δέ κύωπ  $\Theta$ . ἡ δὲ καλέσθη πηγες βά-  
τος Φεύγωντος. πηγην, τῷ μετὰ Πλειάδα, καθάπερ ἡ κιχωρία, καὶ  
τῷ δέ. ζεδὸν τῶν ἀλλων τῶν κιχωριώδων. καὶ τὰ μὲν εὐθὺς  
αύτα τῇ βλαστήσει τὸ αἰθ  $\Theta$  αφίσηται, καθάπερ ἡ α-  
φία. τὰ δὲ, υπερον τῷ πλλῳ. καθάπερ ἡ αἰεμωνή. τὰ  
δὲ, αύτα τῷ ήρει καὶ σκηναλεῖ ἐ αἰθεῖ, καθάπερ τὸ κι-  
χωριον καὶ τὰ κιχωριώδη, καὶ τῶν ἀκαθικῶν, ὅσα  
πιρι τὸ σὸ λαχανώδη. διαφορεῖ δὲ τῶν αὐτῶν πλλῃ, \* περὶ οἵς  
τοις φέτιον. περὶ περιν εἴρηται. ζεδὸν γάρ ἐσι κοινὸν αἰπάντων. εἴσο-  
δε ἐ ὄλως ανατηθῆ, καθάπερ ἐ τῷ Ηλίπερον. συμβαίνει  
δὲ τοις αύτα τῷ καρδιᾷ τὸ αἰθ  $\Theta$  αφίσηται, ταχεῖαι

φυλῶν δέλοντες τὸς θεοῦ, τὸ δὲ ἀρχόντιον τοῦ φυλῶν τοῦ ἀλιθοῦ  
τερπαῖσιν ἴστην, ὅμως καὶ εἰπεῖν καὶ λατ. Εἰ γάρκιον τοῦ καὶ αναγαλλίδης,  
καὶ τὸ σπέρμα τοποθεσίην παρέβασται. Quarebant et flores coronare  
volentes deos, illos autem novissimè zephyrus alens, et sol  
calfaciens eduxerat, nihilominus tamen inventæ violæ, et  
narcissus, et anagallis, et quicquid sunt primitæ veris.  
Anagallidis maris has differentias recentiores observa-  
runt, vulgo esse flore phœnicio purpurascente, sive ob-  
soletè purpureo, cui phœnicium quippiam permistum  
conspicitur, qualem vidi anno 1624. in horto medico  
Lugd. Batav. quo tempore preses ejus erat Aelius Ever-  
hardus Vorstius, magni nominis medicus, nunquam nobis  
satis laudandus. Reperitur etiam flore luteo, quæ folio  
nonnunquam ampliori conspicitur. Fœminæ has diffe-  
rentias portarunt, ut plurimum esse flore coeruleo, repe-  
riri tamen, sed raro admodum, albo flore, quandoque

### **Anagallis mas.**



etiam binis ternisq; foliis ex adverso nascentibus. De aquatica anagalli alibi egi. Alia inquit esse annua, alia annicaulia. Annuum anethū, anisum, annicaule malva, mentha, betonica, lapathum. Alia inquit radice tantum dura-re, uti fœniculum, parietaria. Horum caulis foliaque quotannis pereunt, sola radice superstite. Alia inquit ra-dice & semine, alia semine tantum: semine & radice, beta, cepæ, allia, semine anisum, anethum, annua omnia.

## C A P. VIII.

**G**Erminatio verd tam eorum, quam reliquo-  
rum, partim cum primis imbribus post æqui-  
noctium fieri solet: ut aphacæ, † canariæ, & † *Cynopis*, id  
eius quam buprestim quidam appellant. Partim est oculi ca-  
post Vergilias, ut intubi, & omnium ferè intuba-  
ceorum. Et alia cum germine \* florem edunt, ut <sup>\* Florens</sup> *protinus e-*  
aphia: alia non longè post, ut † fregium. <sup>Quæ</sup> *dunt.*  
dam ineunte vere, tam caulem quam florem emit- † *Anemone*:  
tunt, ut intubum, & omnia intubacei generis: &  
è spinosis, quæcumque generi olerum attribui de- † *Epipetru*.  
bent. Florum autem differentia magna, de qua  
primo volumine retulimus. Communis fere om- † *Desfloren-*  
nium constat. Sed non defunt quæ flore penitus <sup>scant, pre-</sup>  
careant, ut † epimetrum. Evenit verd, ut quæ una <sup>terquam a-</sup>  
cum fructu florem dimittunt, celeriter † *desfloren-*  
<sup>cumprimis,</sup> *scant.*

εἰναι τὴν ἀπάνθησιν. πολὺν ή μὴ ἀφάνη, ὃ διπορησ-  
ταῖς θ. Καὶ τὸ πάλιν τῇ περίτε, πάλιν ἄλλον καὶ ἄλλο συγ-  
φύδ. καὶ ἐτο ποιεῖ παρ' ὅλον τὸν κειμένων καὶ τὸ εἶπε,  
ἄκελλον τέρας. πολὺν δὲ χρόνον καὶ ὁ ἡρακλέων. τὰ σὲ  
άλλα δὲ ποιεῖ τῇτο. καθάπερ ὁ δέος κρίνεται, γέτε ὁ εὔο-  
ποσμος. σμος. ψθ' ὁ λευκής, ψθ' ὁ τάκισθωδης. ἐποιεῖ \* ανο-  
ινοροι Ald. σμοι. κοινὴ δὲ διαφορὰ πάντων τῶν πωδῶν η ποιάδε.  
Ger. τὰ μὲν γάρ εἰνι ὄρθοκαυλα καὶ τευχόκαυλα. τὰ σὲ  
ἢ ἴππηνόκαυλα. ἢ ἐπετειόκαυλα. καθάπερ μαλάχη, σκανδίζ. ἢ σι-  
λλ. Καὶ οὗτος ἀρχειος. τὸ δέ ἐτη λιοτρόπιον, ἐπι μᾶλλον αἰσ εἰστεν  
ἢ ἀλοτρόπιον τέτων, ὥσπερ καὶ σὺ τοῖς ἀκαθώδεσιν καὶ τερέσοι. ὃ  
καὶ η καπωαρέ, καὶ ἄλλα ταλείω. καὶ γάρ σπεννων η δια-  
πελακά. Φορὰ πλαίσιον εἴτα δέ \* περιλακόκαυλα. μὴ ἔχοντε  
καυλα. Τοῦτο δέ ταχεσπέσσωσιν, Μῆτραίσκαυλα. καθάπερ ἡ η  
πιτίνη Ald. πιτίνη, καὶ η ἀπαρένη, Εἰσταλῶς ἢν ὁ καυλὸς λεπτὸς,  
Ger. Theod. καὶ μαλακές, καὶ μακρός. Μέρος καὶ φύοντα πᾶντα αἱ  
πεπίνη. Καὶ τὸ πάντα σὺ ἄλλοις. κοινὴ δὲ καὶ αὐτὴ η Διαφορὰ  
πάντων, εἰ μόνον τῶν πωδῶν καὶ φυτανικῶν, ἄλλα καὶ  
τῶν θαμνωδῶν. καὶ γέρος η ἐλέξ, καὶ ἐπι μᾶλλον η σκιλάξ,  
περιλακόκαυλον. ἐπι σὲ καὶ τῶν πωδῶν, τὰ μὲν πολυ-  
καυλα, τὰ δέ μονόκαυλα. καὶ τῶν μονοκαυλῶν, τὰ μὲν  
ἀπιερίβλαστα καὶ τὸν καυλὸν, τὰ δέ συγβλαστικά.  
καθάπερ καὶ σὺ τοῖς ημέραις, η τεραφαιτις καὶ ἄλλα ἄπτα.  
πολύκαυλα δέ, αἱς ἀπλῶς εἰπεῖν, τὰ Μῆτραίσκαυλα.  
μονόκαυλα δέ καὶ σιλιζόκαυλα, τὰ ὄρθοκαυλα. τύτων  
δέ αἱσθετίβλαστα τὰ λειόκαυλα. κρόμμυον, περάσον,  
σκόροδον, ὥσπερ καὶ σὺ τοῖς ημέραις ὑπάρχει.

scant. Cum tamen primus senuerit, alias atque aliis subnascitur; idque per totam hyemem verque assidua usque aestatem \* factitatur. Senecio quo- \* *Factit.*  
que diutius floret. † Quanquam reliqua minus. † *Reliqua*  
Vt & crocum, tam odoratum, quam candidum, <sup>vero id non</sup> & † spinosum, quae catent odore. Omnia au- <sup>præstant.</sup> <sup>† Grati colo-</sup>  
tem herbarum discrimen publicum, quod aliae re- <sup>rū expers.</sup>  
cticaules, & nervicaules sunt: aliae \* annicaules, ut \* *Caulis per-*  
malua, scandix, cucumis sylvestris. † Et solaris por- <sup>bumum re-</sup>  
ero tali natura est: sicut inter † omnes (ut ita loquar) pentes ha- <sup>bent.</sup>  
spinosas, tribulos, atque \* inturis, & alia plura. Nam <sup>† Heliotro-</sup>  
illorum etiam differentia numerosior est. Quæ- <sup>pium vero</sup>  
dam vero amplexicaulia nascuntur planè. Sed si <sup>maxime talis</sup>  
non habeant quibus accumbant, humi serpunt, <sup>natura est</sup>  
& humicaulia dici possunt; eeu abjuga, & apari- <sup>uti dictu est.</sup>  
na, & summatim quibus caulis gracilis, mollis, † *Sicut inter*  
prælongusque. Quæ de causa semper ferè super <sup>spinosas.</sup>  
aliis hæc proveniunt. Quæ quidem differentia \* *Capparis,*  
publica est omnium, non tantum herbarum atque  
suffruticum: verum etiam fruticum. † Clavicula <sup>† Vtragi,</sup>  
enim atque etiam magis edera cilicia amplexicau- <sup>herba amplex-</sup>  
lis est. Item herbaceorum alia multis caulis, <sup>xi caulis, sed</sup>  
alia uno tantum conduntur. Et unicaulium ipsorum <sup>magis cilicia</sup>  
aliis germine caulis brachiatur, aliis è diverso: sicut *quam ræ-*  
etiam inter sativa, † radix, & alia quedam. Multis <sup>xenovocant,</sup>  
caulis constant (ut summatim dixerim) quæ hu- <sup>quam que</sup>  
micaulia exeunt. Unicaulia vero, & paucicaulia, quæ <sup>helix voca-</sup>  
recticaulia sunt. Ex his caule minimè brachiato illa <sup>tur.</sup>  
creantur quæ levicaulia sunt. Vt cæpa, porrum,  
allium. Quemadmodum etiam \* inter sativa ani- \* *Inter alia*  
madvertere licet. <sup>sativa.</sup>

JULII SCALIGERI AD CAP. VIII.

**T**οῦ μὲν τὸν πατέρα Corrigunt ex Theodoro τὸν δὲ  
Διαφορού δὲ τὸν αὐτὸν. Altera capitinis pars.  
Εἴπιμεν δογμά. Hoc nomen ignotum nobis. inquit ergo, notum.  
αὐτούς οὐκέποιεν τὸν διαφορόν. dele πάλιν.  
Τὰ δὲ ἄλλα εἰς τοὺς πατέρας. Theodorus quamquam reliqua  
minus. Non recte translatis, δὲ, quamquam. Nulla est ad-  
versativa. Non enim sunt ejusdem generis. Lege, διὰ δὲ τούτου  
ex Theodoro. Crocum spinosum videretur intelligere  
Carthanum. Cujus due species: hortense οὐδὲ agreste.

Κοινὴ δὲ διεφορά. Aliud caput.  
Περιλαβόντων. Divina vox. par illa in tertio, ἐπιλαβόνται  
λογ. πατέριν, ἀπατέριν dicitur à Diſcoride. Theodorus legit,  
πιτίν non autem πιτίν.

IOANNIS BODÆI STAPEL. NOTÆ ET COMMENTARIJS.

**H**Oc capite agit de germinandi temporibus , five  
quo tempore olera germinant; deinde florum dif-  
ferentias, mox eriam caulium addit: Alia inquit, germen  
emittunt statim post æquinoctium', primis imbris,  
alia post Virgilias. Autumnale, an æstivum æquinoctium  
intelligat, non scribit. Idem de Pleiadibus dicere licet.  
An post occasum, an verò post ortum germinent olera,  
non exponit. Verisimile de verno æquinoctio, ortuque  
Vergiliorum hæc accipienda esse. Nostro sub climate  
oleræ isto tempore pullulant.

Statim post æquinoctium aphacam, & Cynopæ germinare scribit. κύνων Doctiss. Gaza modo canariam, modo oculum canis interpretatur. Nos melioris doctrinæ gratia, cynipos id est, oculi canis. Magni nominis litterator hunc Theophrasti locum depravatum ostendit, legendumque docet ὁιος ἀφάνης οἰκονόποτες; Rationem addit hanc, quod nulla est cynops in censu herbario. Sed ipsa litteratoris verba addam. Locum Theophrasti vertit Plinius lib. 21. cap. 15. Aphace, acinos, quam epipetron vocant, que nunquam floret. Hinc eruditæ medici notarunt, acinos vocari epipetron. Nota acinos ex Dioscoride. Sed advertere debuerant, verba illa Plinii pessime corrupta esse, quod jam observarat Turnebus. In optimis libris legitur aphace, achinopos, epipetron vocant, que nunquam floret. In indice manuscripto, aphace, acynopos, piretron, pro epipetron. In vetustissimo Thuanœ acbynopos, ipipetron. Omnino emendandum echinopus. Epipetron vocant, que nunquam floret. Corrigendus & Theophrastus in hac voce, capite quo supra ὁιος ἀφάνης οἰκονόποτες. Perperam scribitur, &

τὸ Σκύρων. Nulla est cynops in censu herbario. Quare etiam expungendum ex scriptis Pliniis. lib. 21. cap. 17. ubi malè adhaesit in his verbis, correttorum factione. Aliud rursum spicatatum genus, ex quo est cynops, alopecuros, stepheluros, quam quidem ortygem vocant. In Rigaltiano legitur: ex quo est stanypi alopecuros. In Regio similis scriptura, Σ adscriptum supra stanopos. In indice Rigultiani codicis spicatum genera, stanops, alopecuros, sellepyrus. Longè magis diversa apud Theophrastum scriptura (lib. 7. cap. 10) σταγόνων πόπλοισι εἰσὶ ἔτι καὶ ταῦτα τοιούτα καθέμενοι, τῷδε γάρ ξανθὸν ιδίᾳ τοιούτον. quæ stupenda depravatio est. Nam locus ille Plinii ex hoc Theophrasti ad verbum expressus. Ex stanopos, vel stanops, ut preferunt meliores libri, fieri posse, tanops aut stanchoyps. Ταῖνοψ, à spica longitudine, ut ναύτιος φυγεῖ, τανύπτει. Nihil nunc melius ad mentem occurrit. Ut ut est, illud constat, cynops ibi locum habere non posse, quæ in rerum natura non est. Echinopodis etiam alio loco mentio apud Plinium lib. 11. cap. 8. Ceras ex omnium arborum satorumque floribus confingunt, excepta rumice Σ echinopode. Ita enim babene veteres omnes libri, quod iam observatum est. Σ χνέανς γρæcis hodie dicitur, Σ frutex est, non carduus. Huc ulque literator summus. Non tantum vidit Plinii codicem depravatum Turnebus, sed correxit lib. 16. advers. cap. 9. Legendum inquit, reor aphæc, cynops: epipetron vocat, que nunquam floret. Theophrastus lib. 7. cap. 8. διορ ἀφάνης κοράτο Σ κορώνης. oculum caninum vertit Theodorus. Optimè inquam correxit. In altero Salmanticensi codice, teste Pintiano, legitur ab æqui noctio nascentes aphacea, cynopos, epipetron vocant. Pro cynotos, lepo cynotus. Negat litteram

tor in censu herbariorum talem existere herbam; sed id non probavit argumentis & nobis quidem, fides verbis nulla. Non igitur expungerem in Plinio hanc vocem. Præterim cum cynops in spicatorum classe sit, & nominis etymon dari possit. Nec ideo delenda, quod apud Græcos mediae aut infimæ ætatis hujus mentio non fiat. Iam multis in locis ex Galeno probavimus Atticos herbarum alia nomina usurpare, quæ apud recentiores usum non habuerunt. Verè olim Horatius

*Multa renascentur quæ jam cedidere, cadentque  
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si voleat usus.  
Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.*

Cynopen Græci recentiores psyllium vocarunt. Autuarii auctor, οἱ διεκπεφυσι, οἱ διεκυροφάλαιοι, οἱ διεκευτέλαιοι — φωνεῖσσι πλανάσσου, οἱ διεργάται πονηροφάλαιοι. Hesychius κυροφάλαιοι anemone vocari scribit κυροφάλαιοι πονηροφάλαιοι. Sed cur cynocephalum cynopa vocarunt? Nempe quod semen caput canis aspectu, seu verius oculum canis quadantenus referret. Cum enim capsulis inclusum est, seu squamulis potius, talem figuram ostendit. Φύλλον dicitur, quod semen vasculis exemplum, pulicis nonnullam formam præ se ferat, vel quod pulices abigat. Dioscorides lib. 4. cap. 70. φυτὸν ὃν οὐ μεταδίσσει τὸ σπέρμα καθαρό, τὸν ία φύλλον γενθεῖ. Fama est si virens herba domum importetur, pulices arceri. Pulicis color nigrum illud, quod in oculo canis est subfuscum, non ineptè refert. Vidimus cur cynops, cur etiam Φύλλον dicitur. Psyllium ad spicatorum classem referendum esse haud facile quisquam, modo viderit hanc plantam, negabit. Luculenter hanc plantam describit Dioscorides ψύλλον φύλλον τὴν κυρωθέποδον ὄμοιον, διατὸν τῷ μακρῷ περοῦ. κλάνεται δὲ αντανακλασθεῖσα τῷ δέλτῳ βοτάνοις καρποῖς. αὔξεται δὲ αὐτῷ κόμη διὰ μήτρας τῷ καλλονεῦ κεφαλαιοῦ δὲ δέλτῳ τῇ τρίᾳ (vetus additū η τολείοις) int̄ ἀκρα συνεπελαγίσσα. τὸ οὐσίου φύλλον ὄμοιον, μέλαν, σκληρόν. Φύλλα τὸ δέρματα καὶ χέσσον — psyllium folio est coronopoda, hirsuto, at longiore, ramulus dodrantalibus, totaque herbula fæni modo tenuis ac minutula: coma vero ipsius à medio caule ducit initium capitulis duobus tribusve congregatis, in quibus semen pulicibus simile, nigrum atque duxum, nascitur in arvis ac incultis. Plinius lib. 25. cap. i. Psyllion alii Cynoides, alii Crystallion, alii Sichelion, alii Cy-

### Antyrrhinum majus.



*nomyiam appellant, radice tenui, supervacua, sarmentosum, fabæ grana in cacuminibus, foliis canino capiti non dissimi-*

libus, semine autem pulici, unde & nomen: hoc in baccis, ipsa herba in vinen invenitur. Psyllium inquit vocari Cynoides & Crystallion, ob causam jam dictam, Sichelion quasi herbam sicutulam. Alii inquit cynomyiam appellant, quasi muscam caninam. Idem Autuarii auctor, sic dictum à ferditate videtur psyllium. Hesychius, κυροφάλαιον οὐδὲ ζῶα δὲ καὶ οὐδὲ κυροφάλαιον. Lego & μεν. Cynomyia impudens, deformis, audex. talia animalia canis & musca. Ipsum psyllium Orpheus in argonautis οὐδὲ vocavit, quod aspectu deformis & turpis sit. Sarmentosum inquit Plinius. Hoc de vulgari, nec de Dioscoridis intelligi debet. Illud enim plures supervacuas virgulas non habet, sed de altero perenni, quod ferdum etiam magis ac deforme. Sequitur, fabæ grana in cacuminibus. Quid velit Plinius, fateor me ignorare. nihil quod fabæ referat in neutrum psyllio observare licuit. Ut in cacuminibus capitula oriuntur compacti squamarum congerie à natura fabricata, ut in scabiosa, & longis pediculis nitentia, foliis canino capiti non dissimilibus. Viri docti nonnulli κυροφάλαιον Plinium intelligere scribunt. Κυροφάλαιον αντίρρινον dictum inquiunt, nec ab hujus foliis haud ita discrepare psyllii folia, nisi quod angustiora afferunt. Psylliu vulgare folia fert oblonga, angusta, hirsutaq; ad primæ Dodonæi chamepytyos acceditia. Hec folia fert oblonga, angusta, in tres particulas fissa. In infinitis hoc observare maxime licet, seu primum & terra prodeuntibus. Idē Psyllio contingit. Antyrrhino

### Antyrrhinum fl. luted.



folia oblonga, & acuminata, linariæ similia, sed majora, subinde breviora latiora, & anagallidis similiora, ut extabellis additis lector vide poteat. Alii vero legunt, foliis cynopi herbæ non dissimilibus. Quasi Plinius alterū hoc psyllium folia priori similia ferre scripsisset. Sed huic folia gramine, quam coronopo similiora. Longioribus enim, denioribus, pilosis eriam atque incanis: superiora ramenta si consideraveris, non ineptè comparari possunt. Semine inquit pulici, uide & uomen, hoc in bacca. Nec baccas baccis quid simile psylliū habet. Credo baccas Plinius vocare capitula, quæ ex alarū fastigiis eminent, squamatim cohærentia. Hæc baccæ vocari nequeunt. Utrumque psyllium notum satis. Plinianum vulgo vocatur majus supinum, radice perenni. Ad plures enim annos vixit in horto Lugdunensi Batavorum, uti etiam nostro. Alterum majus, erectumque vocatur. Ab his Indicum differt; quod folia fert oblonga, angusta, acuta, crenata, instar foliorum coronopi, nonnihil laciniata,

hir-

## **Psyllium Fucksi.**



### **Psyllium Plinianum, perenne Lob.**



hirfuta. Hanc in prodromo suo Bauhinus descripsit.

Inter eas plantas quæ statim primis imbris post æquinoctium florent, numerat buprestim. Nullas, præter hanc, tradidit buprestis notas, nec, quod sciam, Græcorū aliquis, multi tamen ejus meminerunt. Galenus in Exe-

gesi βουθησις το, πε ζων τη τη καρδια ειδι δημητρίον, έπει τη  
λαχανον αγριον & μέμπτην Διοσκορίδην ει τη σφράγιδον την υγείαν,  
Ε ει τη πει λαχανον. *tum animal cantharidi affine, tum olus*  
*quoddam sylvestre, cuius meminit Dioscorides in primo salubrium, & libro de oleribus.* Dolendum libros hos periisse. Hesychius βυπρηστος λαζαρίας εἰδος. Vitos doctos ex hoc  
Hesychii loco hac distinctione uti lego, βύπρηστος cum ac-  
centu acuto in antepenultima est olus; βύπρηστος cum cir-  
cumflexo in penultima est infectum venenatum. Alii  
malunt Hesichii codicem depravatum esse, ac corrigunt  
βύπρηστος λαζαρίας εἰδος. Confundit Plinius bupresti oleris &  
animalculi historiam lib.22. cap.22. ni forte crediderit  
Græcos infectum buprestim inter olera recensuisse, qui  
stupendus foret error. Sic scribit, *Buprestin magna in-*  
*constantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere: idem-*  
*que remedia, tanquam contra venenum prodiderunt. Et*  
*ipsum nomen indicio est, boumceris venenum esse, quos dis-*  
*filiare degustata fatentur, quapropter nec de hac plura dice-*  
*mus. Infectum βύπρηστος nomen accepit δημητρίου της*  
σεσ. Plinius lib.30. cap.4. *Buprestis animal rarum est in*  
*Italia, simillimum Scarabæo longipedi. Fallit inter herbas*  
*bovem maximè, unde & nomen invenit, devoratumque ta-*  
*cto felle ita inflamat, (lego inflat, inflationi enim, non in-*  
*flammationi succedit ruptura. Hanc lectionem ipse pro-*  
*bat loc. cit. Plinius) ut rumpat. Botanici buprestim olus,*  
ab aliis Græcis bupleurim dictum existimant. Atqui de  
bupleuro & bupresti Plinius eodem hoc capite, uno  
quasi halitu, tanquam de diversis agit. Sed notum est,  
Plinium heterogenea conjungere, homogenea separare.  
Videamus quæ dicat lib.22. cap.22. Bupleurom in  
sponte nascentium olerum numero Græci habent, caule cu-  
bitali, foliis multis, longisque, capite anethi, laudatum in ci-  
bis ab Hippocrate: in medicina à Glaucone & Nicandro.  
Semen contra serpentes valet, folia ad secundas fœminarum,  
vel succum ex vino illinunt, & strum folia cum sale & vi-  
no. Radix contra serpentes datur in vino, & urinæ ciendæ.  
Buprestin magna inconstantia Græci &c. Nicander bu-  
pleuri meminit in Theriacis, ubi inquit:

*S*picege βετούρα καὶ ιδεῖς κυπελλα. *Bupleuri* quoque *semen*, *et* *idea* *cyparissi* *Scholia* *tales* δημιουροῦ ἐχλωρέσθη βετούρα δέρδρον ἵκε φυτόν τον ίστι δί, αἱδα λαζαρον, οὐ μηρυνει πλαστρόν τον τηγανούμαντα ταξιθεν, η πάντες τον τηγανούμαντα. *Demetruis Chlorus bupleurum arborem dixit esse*, *fallitur*; *nam olus est*, *cujus meminit Nicander libello de hyacintho scripto*, *et* *Epinetus de oleribus*. *Βετούρα*, quod sciam, non meminit Hippocrates, sed βετούρα, uti loco citato apud Galenū legitur. *Bupleuron* ea videtur planta quam Dodonaeus & adversariorum autores his ferè verbis describunt. *Illi* (ptarmicæ generibus) aliquid quantum simili est ea herba, qua recentioribus βετούρα Hippocratis ex Plini Historia putatur. Nec pessimè quadrare nomenclature, et effigiatu<sup>r</sup> videtur: folius namque longis, angustis, quadantenuis graminis, lachrymae Iobæ aut gladioli, multis striis lirisve rigidis, quasi costis in foliis singulis effigiantibus, et laterum modo inclusis, ut de hepatico loquitur Plinii, per longitudinem scabris, in caule sesquicubitali, et cubitali, admodum geniculato, scabro, rotundo, rigido, inque ramulos abente, quorum summa umbellis pusillis, sparsis, luteolis, anethi donantur (Plinii verba si perpendantur, intelligi possunt, vel de umbellæ figura tantum, vel etiamnum de floris colore) et semine anisi, aut anethi, oblongo, longiore, gracilior: lapidosis et strigosis, illicetis, cocciferis. *Narbonæ* passim floret Iunio et Augusto. Radix digitum minimum aequat, nigricans, pencedani figura, gustu et odore, cuiusmodi et semen: quo etiam magis retinemur in veri bupleuri persuasione, Nicandri et Plinii auctoritate, si foret planta hæc cibo idonea: qualem Hippocrates commendat. Nam in medicamentis, ut placuit Glauconi et Nicandro, non incommodam dicet, quia saporem et odorem quadantenuis Hyperici deprehendet, temperato calore aliquantum sicciorum. Huic aliud genus similimum reperitur; nisi quod folio conifet latiore, rigidiore, latiusculo in medio, & superne in angustum deficiente, nonnihilque concavo, aut infexo; unde studioſi auriculam leporinam vocarunt. An harum plantarum altera, an utraque bouprestum Theophrasti Graecorumque sit, affirmare nequeo, siquidem nullas tradidit notas Theophrastus.

Inter plantas quæ statim cum germine florem edunt apiphiam numerantur. Hanc bechion, sive tuffilaginem esse existimant. At qui tuffilago unà cum germine non emitit florem; sed quod primum in tuffilagine germinat flos est. Hunc enim ante folia edit, ideoque filius ante patrem vocatur. Rectius illi qui tiphyū, de quo lib. 7. c. 12.

Theophrastus, tussilaginem statuunt. Ego aphiam cederim esse, quam caltham palustrem vocant: hæc enim verè mense Aprili statim cum ipsis foliis florem emitit, unde credidere quidam huic raro, vel nunquam flores apparere. In hortis vero transalpatis. Paulo post, foliorum exortum floret, floreque conspicitur majore. Gesnerus marrem & fœminam facit, illam ramulis rubentioribus flore magis tincto: hanc minorem, albidiioribus ramulis, & flore minus tincto scribit. In Anglia teste Camerario, sponte, & plenis & odoratis floribus reperitur; nobis hortensis est. Mathiolus caltham tussilaginem alterā vocat, Anguillara chameleucen Plinii esse affirmit. Uterq; errat. Nam tussilaginis chameleuceisque (si non eadem planta) folia superius quidem virent, inferius verò tenui candidaque lanugine incanescunt: calthæ verò hujus neutra albescunt parte, nec forma eorum satis respondeat. Alii chelidoniam palustrem vocant: quia palustris hæc caltha foliis & floribus chelidonium minus refert, & species omnino ejus aliqua videri posset, nisi multo major foret, ac durabilis, nec facilè intercidens. Folia

### Caltha palustris.



hujus lata sunt, subrotunda, laevia, eleganter virentia, ambitu tenuiter crenata, quadruplo aut amplius, quam chelidonii minoris, majora. Flos etiam ad instar chelidonii luteus. Alii ferrariam vocant. Fortè à forma folii ferream soleam referentis. Alii chrysanthemum, ab auro sive luteo floris colore. Non sunt audiendi qui amelum credunt. De quo Virgilus lib. 4. Georg.

*Est etiam flos in pratis cui nomen amello  
Fecere agricole, facilis querentibus herba.  
Namque uno ingentem tollit de cespite sylvam:  
Aureus ipse, sed in foliis qua plurima circum  
Funduntur violæ sublucet purpura nigrae  
Sæpe Deum nexis ornatae torquibus aræ.  
Asper in ore sapor, tonsis in vallis illam  
Pastores & curva legunt prope flumina mella.*

Aureus quidem hujus calthæ flos. Sed foliis orbiculato ambitu caret purpureo-violaceis.. Addo nullam gustu præ se ferre asperitatem. Amellus Virgilii aster est atticus, qui flore est purpureo. Huic sapor est asper, flores intus sunt lutei, in ambitu purpurei, forma ferè chamæmeli. Planta hæc Dioscoridi cognita, ab eoque After atticus dicta. Cujus descriptionem adferam. Sed viri doctiss. in litteris, historiisque veritatisim opiniō prius redarguenda. Hic, auctoritate glossatoris cuiusdam deceptus, apiastrum, sive melissophyllum amellum esse scri-

bit. Apiastrum, inquit, sive melissophylli flore olim etiam coronaris solitæ Deorum aræ. Virgilius est etiam flos — amello. amellum ibi est μελισόφυλλον, Glossæ: Amellum μελίφυλλον, quem florem ita describit:

*Aureus ipse, sed in foliis qua plurima circum  
Funduntur, violæ sublucet purpura nigrae,  
Sæpe Deum nexis ornatae torquibus aræ.*

Florem vocat apices illos croceos, vel aureos, qui in medio sunt calyx; folia vero calycem ipsum, qui purpureus, (Rectius capitulum aureum dixisset.) Rectius ac sincerius Doctiss. Turnebus adversar. lib. 19. c. 18. Querunt Critici, quis iste sit flos, que herba? Ego qui materiali medicam non tractavi, respondere non possum: Tantum testabor, me in antiquo lexico repperisse amellum μελιφύλλον esse. Huic interpretationi fidem adhibeat vel detrabit pro suo quisque sensu. Talis tamen est, ut eam scriptam, quam tacitam esse voluerim. Rectè & cordate vir doctiss. Nam meliphyllo sive apiastro coronæ aut verticilli instar caulinulos circumdant calyces, è quibus flosculi albidi. Nulla inquam, diversitas coloris in flore melissophylli, nullos apices aureos, luteosve habet flos melissæ, apice enim caret. After atticus, ut dixi, amellus est. Hunc his ferè verbis describit Dioscorides lib. 4. cap. 120. Αστέρες αἰθίους, οἱ δὲ βυθισμένοι (Sic lego ex Oribasio. Galeno, Plinio, aliis) ράβδοις ξυλίδεσ, ἵπταις ἐχοντας τορφυράς, η μελισόνων αποτελεσθήσαντας περιφάλιον περιχύδει. ἕχει δὲ φυλλάκας αἵσια ὄμοια. τὰ δὲ περὶ τὸ καυλὸν φύλλα τερψικόν καὶ δυοις. Aster atticus, qui ab aliqui-

### Aster atticus.



bus bubonium appellatur, virgultum est lignosum, florem habens in cacumine purpureum aut luteum, per ambitum anthemidis capituli modo divisum, foliolis stellæ modo radiatis, qua vero caulem circumdant folia, oblonga sunt ac hirsuta. Asteris nomen non à foliorum in caulinibus, sed in floribus figura & situ accepit; siquidem foliorum in hujus plantæ flore, numerus & forma stellam praefervunt; vel, ut Plinius & Dioscorides, capitula per ambitum divisa foliis pusillis, stellæ modo, radiata sunt. Attici nomen ei tributum, quod in Atheniensi agro frequenter, vel melior, quam alibi proveniat. Ab aliis αἴθιον, vel αἴθιον uti Theophrasto lib. 4. hist. cap. 13. ubi de junco agit, ac junci cuiusdam semen hujus semini comparat. Dicitur etiam ἀϊθημόν, quod suis, vel porci oculum quadantenus referat. Alii bubonium vocant. Quod, ut Plinius lib. 27. cap. 5. scribit, inguinum (inflammationi subintellige ex Dioscor.) praesentaneum est remedium. Galenus lib. 6. simpl. Αστέρες οἱ δὲ βυθισμένοι ὄνομα τούτοις, ἐπὶ μέρει ἀϊθημόν, αἷδας τῇ πελατέρων ιακώπην-

την βεβαιας. Aster atticus, alii bubonium vocant, non ob id tantum, quod illitum, sed etiam quod suspensum bubonas sanare creditur. Dioscorides loco citato αργιζει δι την γεωθεσιδην ουχιτες φεγγονας. Σημειον δι αι αυτην την αριστην χαρακην ελεγχοντων, και περιπολον την βεβαιην απαλλαξει την οδυνην. Prodest verò flos recens ac etiamnum humidus, inguinum inflammationi adhibitus. Si vero aridus finistra laborantis manu decerpatur, & inguinum adalligetur dolore liberat. Florem inquit habere purpureum, aut luteum. Botanici celeberrimi Marcellus, ac Mathiolus legunt αιθονον παρφυρον και (non ut vulgo η) μηλιον, florem purpureum ac melinum. Idque quia paulo infra scribit Dioscorides, φωτις δι την περιφερειαν την αριστην μελιον ουχιτες φεγγονας. Αյντι id quod in flore purpureum est ex aqua potum. Vulgatam lectionem servat Saracenus, quod eam secutus sit Oribasius & Serapio, putatque duo asteris genera floris colore distincta depingi, quorum unum illa eadem floris foliola habeat purpurea, alterum lutea. Nam in utroque genere quod medium floris locum tenet, citra controversiam melinum, sive luteum visitur. Hæc etiam causa est, cur Doctiss. Mathiolus mordicus suam sententiam tueri nolit. Genera recentiores tam purpurei, quam lutei plura observarunt, de quibus videat lector phytropinacem Bauhini. Dubitatione non caret, quod anemonem inter ea referat, quæ non longè post germinationem florem edant. Nam apud nos germinat ad autumni finem, vel initio hyemis. Flore mensibus Aprili, Majoque. Sécus fortassis in magna Græcia, vel Atheniensi agro accidit.

Quedam inueite vere caulem floremque emittere sit, ut intubum & omnia intubacei generis, & è spinofisis quæcumque olerum generi tribui debent. Quod vulgo cichorium vocamus, Iulio, Augusto quoque mensibus apud Batavos floret. Chondrillam in locis Hispaniæ incultis Clariss Carolus Clusius Augusto mense, vel serius florere observavit. Reperiuntur tamen chondrilla genera, quæ mense Maio, Junio, Iulioq; in Belgio florem producunt. Quid de Spinosis dicemus? Asparagum Augusto mense florem producere negare nefas. Sed, ut dixi, aëris, soli, ac culturæ diversitas hac in re plurimum valeret. Et hac causa, cur in Græcia, tempore Theophrastæ hæc ita fuerint: non enim de plantis Hispanicis Belgicisve, sed Græcæ agit Theophrastus, Græcorumque cultu.

Nunc quædam de florum differentia addit, ac se de ea lib. I. egisse scribit; cap. nempe 20. 21. & 22. Hoc capite eas recenset differentias, quæ minus sunt vulgares. Alias inquit plantas esse quæ flore carent, alias quæ unicum flore fructum dimittant, ac celeriter deflorescant &c. Exempla quæ adfert examinabimus.

Eπιπετρον, flore penitus carere scribit. In Aldino & in Germania excuso codice legitur επιπετρον. Veram lectionem esse, επιπετρον (quod in petris nascatur) viri doctiss. ante nos probarunt, Iulius Scaliger, Turnebus, Claudius Salmasius. Plinius lib. 21. cap. 15. Cynops & quam epipetron (vulgo epithetron) vocant, quæ nunquam floret. Hesychius, επιπετρον (vulgo επιπετρον); litterarum ordo επιπετρον legendum ostendit) ειδος βοτανης της Θεοφραστου, herba genus apud Theophrastum. Meminit hujus herbae Aristoteles lib. 4. de part. animal. c. 5. ubi has de ea tradit notatas. Ει δι της επιγειος φύσεις ειναι τοιωτη, μη και η καρπη, πιθονη επιπετρος φύσεις, πι θη δι της διστοληματικης, οπου και της παρατητης καλεσθεισαν, των πινακων επιπετρον, πολλη ρηση πολλον γραψον, και κεραμιον απο της πατησιας. Nam & in terrestribus plantin sunt nonnulla ejusmodi, quæ & vivant, & gignantur, aut in aliis plantis, aut absoluta, quale est, quod modo parnasus fert, vocatum à quibusdam epipetrum; hoc enim diu vivere potest paxillo suspensum. Apud Hippocratem hujus planta fit mentio, prescribitque aduersus tumores & inflammationes lib. de ulceribus. Sed verba corrupta, quæ nec interpres Cornarius recte percepit. Sic inquit: καταπλασματα οιδησιτων και φλεγμασιν της επιπετρον. Η ιφθη φλοιον, και της εργοβλλας πι φύλλα μισχον. Επιπετρον πι φύλλα ιφθη και τη πολιον &c. Interpres, cum επιπετρον quid esset ignoraret, vertit, cataplasma tumorū & inflammationū in circumstis partibus sunt, verbasum coctum, & trifoliis folia cruda, & lignistri folia cocta, & polium. Legendum esse αιτητηρια επιπετρον ex Galeno lib. quart. method. med. cap. 5. probatur, ubi hunc Hippocratem locum citat. Ανθεστην λεγει την. Επιπετρον καταπλασματα οιδησιτων, και φλεγμασιν της επιπετρον πελεχου, ιφθη, φλοιον. και της τειφιλλας πι φύλλα μισχον. Επιπετρον πι φύλλα ιφθη. Επι πολιον. απατητης γραπαινη πι φύλλα, και η πι της πελεχου μισχων ιδιασιτων ιδιαλει. Audi namque Hippocratem locutum, cataplasma adematum & plegmonis quæ in

circa positis consistit, verbasum coctum, & folia trifoliis cruda, & epipetri folia cocta, & polium. quippe omnia haec siccandi vim habent, veluti in commentariis de simplicibus medicamentis docuimus. Videamus qua sit herba, cuius Hippocrates, Aristoteles & Theophrastus meminerunt. Viri docti & botanici expertissimi epimedum Dioscoridis, & epipetron eandem herbam esse existimant. Idq; quod Galenus se in lib. 6. de simpl. med. facult. de epipetro egisse ait. Quo in libro epimedii, non epipetri fit invenio: tum quod Dioscorides lib. 4. cap. 19. epimedum, nec semen, nec florem proferre referat. Diversas tamen plantas esse locus citatus Galeni suggerere videtur. Etenim epipetron siccandi vim habere scribit. Epimedum vero frigidum humidumque videtur. Galenus lib. 6. simpl. επιμέδιον ει διάφανη ψυκτική μεταλλιανόν ειδοτατός. Epimedii vis est moderata refrigeratoria, cum aqua humiditate. Talia humectandi, non exsiccandi vi prædicta sunt. Præterea epipetron in petris saxisve nascitur, epimedum in humidis, ac in aliis nasci plantis nemo observavit. Nec inde concludi potest eandem esse plantam, quod utraque flore caret. Nam de dictamno & nardo montana idem scripsit Dioscorides. Diversæ tamen sunt plantæ. Quæ planta sit epipetron, me ignorare fateor. Nonnulli sempervivi genus minus Dioscoridis esse statuunt. Credo quod Auctuarii auctor αιτητηριας, δι δι πιτερόφυτον, sempervivum minus, alii petrophytes; quasi in petris nasci solitum appellant. Illud genus florem producere, auctor est Diocorides, nec quisquam flore carere scriptis. In parietibus, petris, scrobibus opacis, regulis, maceris nascitur sempervivum minus; diu etiam suspensum servari potest, attamen alteri insidere plantæ observare non licuit. Hac occasione epimedii descriptionem enarrabo, & quid de eo sentiant recentiores, examinabo. Dioscorides lib. 4. cap. 17. επιμέδιον ειδοντος ειπειν ει μίγας, κιστην πιθανητην, φύλλα ιχνων, σπον, ή 18° (vetus mar- πο σμιλικη πιθανητην, φύλλα ιχνων ή 18°) ουτε καρπον, ουτε άλλη φύσει ή ζωης δι λεπτης, μιλιστης, βαρύνομης, μετατημένη μορφαι. Φύτεται ει πιποις οιδηπλοις. Epimedum caulis est non magnus, bederæ foliis, denis aut duodenis, neque semen, neque flores preferens, radicibus tenuibus, nigris, gravi odore, gustu farto, seu insipido, nascitur in aquosis. Idem Plinius lib. 27. cap. 9. Idem Oribasius; nisi quod πολυπροτον multarum radicum herbam appellari addat; quod nomen etiam apud Auctuarii auctorem reperitur. Verba hæc, neque fructum, neque semen fere, addititia esse putant, quod non sit verisimile; siquidem ea Oribasius & Plinius referunt. Alii Dioscoridem errasse scribunt, falsaque prodidisse, uti de dictamno, nardo montana, cynoglossa &c. Alii verba hæc aliter atque aliter exponunt. Quidam enim vocem φίτεται, συμφίτεται significare scribunt. Alii sic interpretantur, alii ζεπτηται deesse contendunt. Nos nihil deesse putamus, sed hæc scripsisse Dioscoridem, quod nec flores, nec semen viderit, quod mirum videri non

## Epimedum.



debet, siquidem ea planta, cuius effigiem damus, ac pro epimedio Dioscoridis habent Dodonæus, Pena, Lobelius &c.

lius &c. Flores ferat in caulinulo adeò exiguo, ut folia raro superet, sed sub iis occultetur; hinc factū, quod flore carere scriperint veteres. Accedit quod nec caulinulus, nec flos diu dureret, sed cito pereat. Semen apud nos nunquam tulit in Illyria tamen florē & semen produce-re observavit Camerarius. In hortis facile propagatur: plurimum enim serpit; unde necesse est propriis quasi cancellis includatur. Plantæ hujus folia ampla, numerosa, & creberrimè per trina à teretibus tenuibusque dependent pediculis. Sunt hæc Hederae foliorum figura, lata, acuminata, duriuscula; sed dilutius virentia, ac per circumferentiam serrata. Flosculi, ut dixi, in caulinulo dodrantali per quam elegantes, forma quadrangulares, quorum rubent margines, anteriora lutea, medii vero virent apices. Rubet vero & exteriore & aversa parte flosculis, sed discurrentibus rectis candidisque striis variegatus. Radix nigra, odore gravi, tenuis, quæ multas obliquas propagines emitit, inferius fibrosa, gustu ferè insipido, leviter tamen adstringente & siccante. Magni nominis botanicus, generisque nobilitate inclitus, lunariam botrytin pro epimedio & Dioscoridis epipetru Theoph. habet. Caulem non habere lunariam magnam fatemur. Palma enim minor, nec videtur Dioscorides per caulem non magnam, adeo exiguum parvamque intelligere. Solet enim tum dicere, caulem habet palmae altitudine, ut de glauche lib. 4. cap. 136. & de polygala cap. sequenti, de lycopodio lib. 4. cap. 126. de anthyllide lib. 3. cap. 136. aliisque multis dixit. Sed cum caulem non magnum inquit, pedalis, vel ad minus fœsi qui palmaris capi debet. Nec huic folia hederae similia sunt, sed soldanelæ, aut Aristolochiæ polyyrrizæ; nisi quod minoræ sint, crassa, subrotunda, & lunata, queque Hederaeorum respectu, foliola exigua dicenda sunt. Præterea radix nec nigra, nec graveolens. Locis prœvenit plantula hæc herbosis, altis in montibus, in montium aut colliculorum declivibus, ac herbidis locis; solo tamen gracili, fisco & inculto. Non esse epipetron probatur, quod suspensa non diu duret; (uti nec ante dictum epimediu) quinimo in ipso natali solo Iunio mense exacto temere fuerit nusquam apparentem requirere. Lunaria à lunata foliorum effigie nomen accepit. Lunaria minor ad differentiam Hemionitidis, quam lunariam vocant majorem, cognominatur botrytis à racemo flore fructuq; dicitur. Porro diversæ longè plantæ epipetron & empetron; licet utrumque ab eo quod in petris nascatur nomen acceperit. Nam empetron ad alvum turbandam tantum ulum habere scribunt veteres; quo carere videtur epipetron; siquidem frigidum & siccum esse ex Galeno colligi potest, quæ purgandi vi carent. Uno verbo ut dicam, viribus planè diversæ plantæ; an etiam forma affirmare nequeo. Nullas enim epipetri notas præterdiatas, quod sciam, veteres tradiderunt.

Recte in codice Lugduni Batavorum expresso additum *αὐθεντικόν*. Idem repetit infra cap. 11. Theoph. ubi quæ de phaca tradit examinabo. Sed notandum πάλιν expungendum esse; redundant enim Senecionem quoq; diutius florere scribit. Cum tamen *ηεργέων* sive *senecio* dicatur, quod flos cito ac ipso vere canescat, ac capillorum modo canescat; sive quod flos in pappos subito mutetur. Dicendum diutius florere, quod novos flores prioribus amissis producat. Diutius enim alterū alteri succedens longum tempus occupat. Causam reddit lib. 1. de caus. c. ult. ubi annuam plantā esse scribit. Εἴ τα δὲ οὐσιώδης θεοφράστης. Locum adeat lector. Recentior *αττα* carduncellum vocat, quod ea herba maximè delectentur carduelis aviculae vulgo *Distelbinchē* vocant; unde & hec ba carderina vocatur. Senecionem describit Dioscorides lib. 4. cap. 97. *ηεργέων καυλίνος*: *τοι εἰ τηχνικός συντεχνή ιχνούς* φυλλάσιον, απορριπτὸν ἀστερίον λαμπρόν, τοῦ γενετὸν δὲ ιδιαῖτον. *αἴθη* μηλοφόρα, πεπχίτης χίζονται. Εἴ τε ανθέντη εἰς τὸν τερπνίνην πεπχίτης, οὕτη καὶ *ηεργέων* αὐτομοθη. *Διάρρη* τοῦ *τερπνίνη* τοῦ αἴθην τεχνοειδῆ ποτέσθε, πίτα *αἴθην* οὐ. Φύεται μέτρον εἰς θρυγγῖς (*Catacur. τοιών*) καὶ ποτὲ τὸ πόλεμον. Id est *Senecio caulinula* est cubitalis, subrubicundo (subruber caulinulus, rotundus, concavus, succulentus, in summitate surculosus, lacteo succo carens, & hæc causa, cur Dioscorides inter cichoracea non recensuerit) foliculis crebris, & erucæ modo per extremitates divisis. Sed minoribus multo (folia vulgaris fert virentia, rugosa, ciblonga, ambitu nonnulli incisa, fert veluti cichorei, sed minus (uti cap. præcedenti annotavit Theophrastus, ipsi etiam minora, erucæ quodammodo similia) floribus in luteum vergentibus, qui quidem cito debiscunt, ac deflorescentes in pappos ab

eunt (id experientia comprobatur.) Atque inde etiam erigerontis nomen senecio apud Græcos invenit, quod verè flores capillorum ritu canescant. Radix est supervacua. Nascitur maximè in maceris (parsetibus) & circum oppida. Galenus lib. 8. *ξ. πέπτου* cap. 9. in tegulis maximè nasci scribit. *ηεργέων* ηεργέων. De senecione hæc Plinius lib. 25. cap. ult. Erigeron à nostris vocatur senecio. Hanc si ferro circumscriptam effodiat aliquis tangatque ea dentem, & alternis ter despumat, ac reponat in eundem locum, ita ut vivat herba, aju[n]t dentem ilium postea non doliturum (hoc Plinius credit, & Plinio nimium addicti.) Herba est trissaginis specie, (haud felix satis comparatio) & mollitia caulinulis subrubicundis. Nascitur & in tegulis & in muris. Nomen hoc Græci dedere, quia verè canescit; caput ejus numerosa dividitur lanugine (qualis est spina). Cacanthi vocabulo polysemo deceptum Plinius, recte indicat Doctiss. Dalecampius, qui hunc de flore locum infeliciter expressisse eundem annotat) inter divisuras exente, quare eam Callimachus acanthida appellat; alii pappum, nec deinde Græcis de ea constat. Alii eruce folio dixerunt, (Dioscoridem intelligit) alii roboris (ex illorum judicio supra cum Trissagine, sive chamædry comparavit. Eorum scripta perierte, ex quibus hæc Plinius, forte Gestius, Iulius Bassus, Niceratus, Petronius, quorum scriptis non assentiendum monet in præfatione Dioscorides) sed minoribus multo, radice alii super vacua, alii nervis utilis, alii potu strangulante. Dioscorides radicem supervacuam agnoscit, folia nervis utilia inquit, & pappos potu, si recentes fuerint, strangulare tradit. Hæc non satis assecutus Plinius radici tribuit, quæ de radice, foliis & pappis tradidit Dioscorides.

Crocus non diu florere ait, id verum esse norunt botanici. Verba Theophrasti corrupta admodum. Pro *Ιανουάριον*, ut in Aldino, vel *αὔριον* ut in Lugdunensi Batavorum codice, Legendum *αὔριον*, ipse sensus hoc satis comprobatur. Αὐριδιὸς quis sit crocus, me latet. Magnus Scaliger cartam sive cnicum intelligere præceptorem scribit. At diutius crocus iste floret; nempe per duos & amplius menses. Præterea veterum nemo cnicum crocum vocavit. Legendum quandam ex cap. ult. lib. 6. *σπερμα* putavi. Hoc croci genus inodorum esse, supra probavimus. Montanus crocus notus sat, Novembri mense apud nos floret. Αὐριδιὸς Theophrastus scripsit. Intelligit crocum Montanum, & sic vocatur à præceptore, quod stamina, sive filimenta ferat inodora ac usui inepta. Vel pseudocroci quoddam genus sic vocavit, quod colore est surdo, obscurō, ingratoque; Opponit enim albo croco. Quod cum ignorarent librarii, scripserunt *αὐριδιὸς*, qualis non est in rerum natura. Albus crocus videtur illud pseudocroci genus esse, quod flore est albo. Floret verno tempore, ac inodus est. Pseudocroci multa sunt genera, florum colore differentia. De his videat lector Bauhini Phytopinacem.

Hactenus de germinationis temporibus, ac florum differentiis egit. Nunc de caulinum differentiis verba facit, ac plantas alias recticaules, alias nervicaules, alias annicaules, vel, uti corrigunt, per humum repentes, alias aplexicaules &c. Singula hæc examinanda.

Recticales alias esse inquit, exempla nulla adferr. Recticaulis pastinaca, cæpa, scylla.

Quæ plantæ sive olera sint nervicaulia, non docet. Pastinaca, apium, aliaque nervosum caulem habent.

*Επιτείκαυλα, annicaules.* Viri docti, quia recticaulis per humum repentes opponuntur, *ιπτείκαυλα* legunt; & exempla quæ Theophrastus addit convenient. Nam annuum & repente caulem fert malva, scandix, cucumis sylvestris, heliotropium. Capparis quidem foliis vidua hyeme, verum caulem servat, qui si hyeme super terram secentur, verè letius surgunt. Malum itaque cum viris doctis *ιπτείκαυλα* legere.

Malvæ historiam hoc loco subnectemus. Græcis *μελάχη* δὲ ηεργέων, ventre emolliendo, nomen accedit. Martialis

*Vtere lactucis, & mollibus utere malvis;*  
Nam faciem, durum Phæbe cacantis habent.

Latini malvam à græco *μελάχη*, teste Varrone, vocant, vel molva ab emolliendo ventrem, quod ob naturalem suum lentorem præstat, ut *Ægineta* testatur. Atticis *μελάχη* dictam; vel locus hic Theophrasti satis comprobatur, Athenæus tamen in multis epicharmi &

ponebatur ex asphodelo malvaque, quare illum halmum & adipsum seruabant, hoc est à fame procul & siti. Sanctissimum itaque vocavit Pythagoras malvæ folium, quod sanctissimi homines, qui illam vivendi iurâbant, quam Poetæ & priores vocant, lequebantur, malva asphodeloque; pro cibo, tanquam simplicissimo ac frugalissimo uterentur. Legimus enim sapientissimos homines antiquos, cū pharmaciū & aliorū compонerent, malvam & asphodelum indidisse. Erat autem hoc pharmacum remedium contra famem & siti. Et hoc veteres pro cibo potuque utebantur, quod nesciebant fatui, vel saltem ignorabant ex malva & asphodelo compōni. Athenaeus loco citato  
ιμπεριανῷ διοκτητι μάχαιραί μέλινα πέσσοις ἀδιψοῖς οὐεταλλοῖς τὴν μαλάχιαν ἔσται γεννητωτάτην. Hermippus Chalimachus quam adipsum & alimon vocant, malva injicienda est utilissima: quod scilicet suo glutinoso lentore sitiū ac famem sedet. Mortuis etiam hominibus in tumulo malvam asphodelumque serebant, ne deesset illis cibus, quod hoc in Epi-grammate voluit Porphyrius, ubi tumulum his verbis introducit, μαλάχιαν τε καὶ αἱ φόδελον πολύελαῖον κόλπῳ ἢ τὸ δέναι ιχνον, id est, foris quidem malvā asphodelumque habeo intus vero mortuum claudio. Hinc Homerus quoies campum enon describit quem asphodelum vocat, his plerumque verbis utitur: ἐν τοις διηγένεσι τίτανοι αἱ φάραι ποτε οὐδὲν  
facillima vivendi ratio est hominibus. Idemque αἱ φάδελον  
λαμπρὰ mortuis tribuit. Qua de re cap. de asphodelo, frugales itaque sancti, & qui ante ianuam patrum homines vivebant, malva asphodelo que utebantur, quod frugalis, vilis, ac satis nutriendis cibus foret, quod postea sunt sequuti poetæ (si credere fas est) Horat. lib. 4. oda. 31.

Premant calena falce, quibus dedit  
Fortuna vitem: dives & auress  
Mercator exsiccat culullis  
Vina syra reparata merce  
D's carius ipsis: quippe ter & quater  
Anno revisens aquor atlanticum  
Impunc. me pascunt oliva  
Me cichorea, levesque malvæ.

Vidimus cur malvæ folium sanctissimum vocarit antiquitas, nunc notas & genera persequamur. Malvæ notas sparsim tradidit Theophrastus, ac quidem capite praecedenti malvam inter olera eanumerat, quæ coqui volunt. Hoc capite, malvæ caulem per humum repere, vel ut vulgata habet lectio, annuum inquit. lib. i. de causis cap. ultimo, folia malvæ se ad solem vertere scribit, quod etiam observavit Columella.

*Et malache prono sequitur que vertice solem*

Causam quam adferat Theophrastus hac de re, loco citato examinabimus. Cultu inquit Theophrastus lib. 1. cap. 5. & 14. arboris naturam assumere, ac incrementum satis magnum capescere, adeò ut mensibus sex septemve longitudine, crassitudineque hastæ instar grandescat. Hoc genus lib. 7. simpl. *αράδιον πομαλάχνη* vocavit Galenus, quod magnitudine arbori adaequari possit: malvam Theophrastus culturâ arborescere docuit, Plinius lib. 19. c. 4. (si vera recenset) sponte in Arabia provenire in arboream altitudinem scribit. Quædam vocabulum ferulacea ut *Aneibum*, *malvas*, namque tradunt autores in Arabia malvas septimo mense arborescere baculorumque usum præbere exemplo. Sed & arbor est malva in Mauritania Sixi oppidi aestuari, ubi *Hesperidum horti* fuisse produntur CC. passus ab Oceano, juxta delubrum *Herculis*, antiquius gaditanio ut ferunt. Ipsa altitudinis pedum xx. crassitudinis quam nemo amplecti possit. Dioscorides nullas malvæ notas tradidit, quia planta notissima ac vulgatissima. Eadem de causa & nos nullas notas de eadem trademus. Malvam veteres Theophrastus, Dioscorides, Galenus, Plinius aliam dixerunt sativam, aliam sylvestrem. Altheam non intelligo, quam malvam sylvestrem nonnullos vocare lib. 9. cap. 15. auctor est Theophrastus & Plinius lib. 20. cap. 21. Malvæ differentiam hanc tradit loco citato Plinius. *E contrario in magnis laudibus malva est utraque, & sativa & sylvestris.* Duo genera eorum, amplitudinis foliis discernuntur majorum Græci malopem (lego molochen) vocant in sativis, alteram ab emolliendo ventre dictam putant malachen. *E sylvestribus cui grande folium, & radices albo Althea vocatur.* De qua lib. 9. agam. Tam sylvestris quam sativæ genera plura observarunt recentiores, quas in phytopianace recenset Bauhinus;

Đến

De antrisco pauca veteres memoriae prodiderunt, oleraceam esse plantam ex Theophrasto & Dioscoride constat. Theophrastus nullas praeter solam hanc tradidit, notas. Idem fecit Dioscorides, nisi quod subamarum & acre dicat. Difficile itaque judicare, quae planta veterum sit scandix. Scio pectinem veneris vulgo dictum pro scandice haberri, sed an veterum scandix sit, probari nequit. Immo cum nulla amaritudo ac acrimonia in ea percipiatur, probabilius videtur non esse scandicem. Plinius lib. & cap. 22. Antrisco comparat. Eadem, inquit, erat antriscus si tenuiora folia & odoratiora haberet. Ergo scandicis folia odorata, pectinis veneris odore carent.

Amplexicaulia quedam inquit esse, uti hedera, & smilax hederacea, de quibus lib. 3. egimus. Humicaulia haec inquit esse, si non habeant quibus accumbant, quod experientia comprobat. Si enim per quod scandant, earent, erigere se nequeunt. Legumina multa sunt amplexicaulia, uti suo loco demonstrabitur.

Inter humicaules plantas numerat, de qua nonnulla sunt dicenda. Inter olera numerat Theophrastus. Non tantum oleracea, sed etiam coronaria planta est. Geoponicae auct. lib. 7. c. 13. *σὺν ἀριθμοῖς πίνακες εἰναι τοῦ γεωπόνου καὶ ἄλλοι ἵπποι πίνακες* in Potor vini non inebratur, si chamephytus ramulis fuerit coronatus. Hujus rei si quis velit facere experimentum, per me licet, *πίνακαν καὶ χαμαπίτην* id est humilis pinus dicitur, quod folia piceam odore referant, latini ajugam, quandoque abigam propter abortus vocant. Herbariorum vero vulgus ivam arthriticam appellat, quod ischiadicis, & aliis articulorum doloribus opem ferat non obscuram. chamephytus nomine, praeter hanc de qua nobis sermo, aliae etiam sunt donatae plantae. Hypericum enim Dioscorides & Plinius chamephytum à nonnullis dici refert, quod semen pineam resinam odore referat. Auctuarii auctor onobrychin sic dictam refert. Habet etiam alia nomina chamephytis, teste Dioscoride, lib. 3. c. 175. *καμαπίτην* & *οἴ* (Ald. *ινοί*) *καὶ πίνακαν ὁλόκυνχον, καὶ λέπιον αἵγιαντον ιονιαν* & *διανοίαν σιδηρίν.* Chamephytis quam qui Pontum incolunt holocuron vocant (Oribadius ὁλόκυνχος) Athenienses ioniam, Euboici sideritum. Idem fere apud Atheneum lib. 15. legitur *ἀπολόδορος* & *καὶ τὸ πεῖρην φυσικὸν χαμαπίτην* & *ζαχαρίην ιονιαν* & *δικαῖον ιονιαν σιδηρίν.* Apollodorus lib. de venenatis animalibus, chamephytin dixit, quam Athenienses ioniam, Euboici sideritum vocant. Ubi verba Nicandri de chamephyte examinantur de olocyro videat lector quae lib. 6. cap. 3. dicta sunt. Athenienses inquit ioniam vocant. Theophrasto tamen ionia est viola, uti alibi abunde probatum. Et hinc pro *χαμαπίτην* interpres legit *χαμαπίτην*, ac has ipsas voces ad violam nigrum refert. Vulgata tamen lectio Dioscoridis verbis citatis, nec non Oribasii confirmatur. Utramque denotasse plantam, vocem ioniam, veritati non repugnat. Fortassis antiquissimi Athenienses ioniam violam vocarunt, mediae ætatis sive Dioscoridis temporibus illud nomen chamephytii dederunt, apud scholiast. Nicand. pro ionia *ῶνα αὐγεῖα* legitur. Sideritis nomine plures gaudent plantæ, uti passim à nobis demonstratum. Andromachus in compositione Theriac. *χαμαπίτην πίνακαν* vocat, *καὶ χαμαπίτην πτερόβραχον* & humilis ramos feras piceæ. Locus hic in memoria vocat versum virgilianum, qui lib. 4. geor. reperitur: *Ipse thymum pinosque ferens de montibus altis.* Idem in culice: *Bumastusque vivens & semper florida pinus.* Viri doctissimi chamephytin à Virgilio pinum dici scribunt, & non esse chamephytin hoc argumento celeberrimus litterator probat, quod chamephytys non sit *αἰφύλλος* fronde perpetua, contrà pinus de qua Virgilius semper virens. Sed non omnis chamephytys folia amittit, peritique, nam altera chamephytys folio perpetuo est; majoris ponderis argumentum, quod Pinus Virgilius sit frutex, chamephytys herba. Columella lib. 19. cap. 5. Post hac frequens fit incrementi majoris surculus, ut Rosmarinus & utraque cyathiflora, est enim sativa & altera sive sponsa, itemque semper vivens pinus, & minor ilex, nam prolixior ab omnibus improbat. Pinum inter frutices reputat videt lector. Nam primo de herbis, mox de fruticibus, denum de arboribus apibus gratis, agit Columella. Doctiss. Salmasius & Virgilii & Columellæ codicem depravatum esse, legendumque ostendit in unum, quod Philargyrus duplum fuisse scripturam, ipsius Virgilii manu annotat, pinus & tinus his verbis. Legitur & tinus, est autem laurus sylvestris, cerulea bacca. Idem ad hunc versum illi tisca atque uberrima pinus. Ipsius autem manu duplex fuit scriptura pinus & tinus. Über-

rima hic pro plurima. *Fructum enim nullum fert tinus, sed multa semina facit.* Tinus lauri species est sylvestris & frutex, Plinio lib. 15. cap. ult. teste. De hac Virgilius, non de chamephytis intelligendus. Chamephytus generatrix sunt, de quibus singulatim agendum. Chamæphytys prior à Dioscoride his ferè verbis describitur. Πίνακες ἐπὶ γῆς, ψεύκης θεοῦ. Φύλλα δὲ ἔχει ὄμοια, αἱ λαζαί μητρὶς λεπτότερος δὲ πόλις καὶ λιπαρότερος καὶ δυστοιχος, πυκνὰ πλειστοὶ κλάδοις ὑπὸ τοῦ ἔχοντος πίνακος, αἰδηνὴ λεπτὴ, μαλιάτικη, ἡ λινὴ (vetus non legit. Marcellus expungit) πίλαι δὲ αἱ κακωτίαι Herba est que humili serpit, incurvæ similis: foliis semper vivi minoris, at multo tenuioribus pinguioribusque & hirsutis, circa ramulos densis, odore pinus, floribus tenuibus, luteis vel candidis radice cichores. Plinius lib. 24. cap. 6. Chamephytys latine abiga vocatur, propter abortus, ab aliis Thus terre cubitalibus ramis, flore pinus & odore. Ramis cubitalibus esse chamephytyn nemo scripsit, & experientia, falsum esse, docet. Confundit Plinius chamephytys descriptions. Alterum genus Dioscorides cubitalibus ramis esse tradit, nec flore pinus quis esse chamephytyn memoriae prodidit. Dioscorides flore tenui inquit esse, colore albo, vel luteo. Chamephytys prior, multis per terram caulinis quasi repit: folia è singulis geniculis promit oblonga, angusta, in tres particulas fissa: Flosculi ex alis foliorum lutei, tota herba nonnihil hirsuta, odore resinam piceam aut larignam refert. Alteram chamephytyn, capite sequenti nempe 176. his fere verbis describit. Εἰ δὲ οἱ ιτιοὶ χαμαπίτην. κλαδοὶ ἔχονται πλειστοὶ, ἀγκυρωδεῖς λεπτοφέροι, ηγετικοὶ δὲ τοικειαν τῷ εὐθεῖ αὐτοῖς, οὐδὲ ἀντίστροφοι, αἱ λαζαὶ ἀπίλαις ἢ οὐδὲν πίνακος. Est & altera chamephytys ramis cubitalibus, in anchora speciem incurvatis, gracilibus: coma supradictæ similis, flore candido ac semine nigro, sed & hac pinum redoleat. Plinius loco citato

### Chamæphytys altera Icon.



altera brevior, & incurvæ similis. Contra Dioscorides majorem inquit. Magni nominis Botanicus ut Plinium excusat inverso ordine de Chamephytys generibus illum agere scribit, ac primum de majore, deinde de breviore, tum de mare verba facere. Sed confundi à Plinio historiam chamephytis, verba incurvæ similis, satis ostendunt. Dioscorides enim hoc de secundo dixit, uti etiam Plinius. Verba anchoræ in modum curvatis Dodoneus in hunc sensum exponit. Indicare inquit voluit repanda sive in vicem oppositas alas anchoræ qualemque speciem exhibere. Pro altera chamephytis quidam habent plantam, quam vulgo chainadrym laciniato folio vocant: hanc non esse chamephytyn his probatur rationibus,

bus, quod nec cubitalis, sed palmaris sit, nec prædicta chamæpity similis, sed foliis chamædryn referens; ideoque ab aliis ad chamædryos classem refertur. Accedit quod flore sit purpureo, cum florem candidum alteri tribuat chamæpity Dioscorides. Nec in minori errore versantur qui chamæpityn hanc spuriam ad botryn referunt. Nam botrys nomen accepit à semine, quod racematum ramulis adnascit, sive quod plura ejus semina caulinibus sic conferta pendeant, ut racemi in uva referant imaginem; uti addita tabella ostendit. De botrys.



hac occasione quedam dicenda nobis. Hæc mulierculis quondam notior quam pharmacopeis. Etenim odoris gratia vestimentis, pannis, linteis, curiose eam interponerant. Nunc pharmacopeis notior. Ex hac enim parant electuariorum cum melle ad morbos pulmonum. Hanc Dioscorides lib. 3. cap. 130. his fere verbis describit, Βότευς ποὺς εἰν ὄλη μελίνη, θαυμασίδης, Αργειχυεῖν, πολλὰς ἵκανος επαχθάσ, τὸ δὲ σπέρμα όλοις τῆς κλανίσις καθεπιφύκει. Φύκα κι-κυόσιν οὐφερν πολλὰ τὸ σύμπαν εναῦλον έγενεν. Διὸ καὶ μανίσουν πήτηται. Φύεται δὲ γενιστα εὐθεῖα χαρούρδας τῷ κειμενῷ τοῦ πούτην αὐθερδίας καταπέδηται, πνεύμα διάφρασται. Botrys herba lutea tota, fruticosa, latè sparsa, & alis pluribus prædita. Semen circa totos ramulos nascitur, folia ciclorio similia, numerosa. Herba vero tota suaviter olet, quamobrem vestibus etiam interponitur. Invenitur vero potissimum circa profluentes aquas, & in torrentium ripis—banc Cappadoces ambrosiam vocant, alii artemisiam. Plinius lib. 27. cap. 8. Botrys fruticosa herba est, luteis ramulis, semen circa totam nascitur, folia ciclorio similia. Invenitur in torrentium ripa. Medetur oribopnoicis. Hoc Cappadoces ambrosiam vocant, alii Arthemisiam. Idem lib. 25. cap. 7. cum arthemisia confundit botrym; uti cap. de arthemisia probabo. Herbam inquit Dioscorides totam luteam esse. id verum est, cum maturerit; tum enim in viridi luteo languescit colore, gummoso quodam lentore prædicta, quo colligentium manus inficit. Antequam adoleverit, ac quum primum prodit, folia magis virent, ac inferiore parte vidente folia ciclortio comparari possunt, sed erigerò similiora, utrimque laciniata atque profundius incisa. Cappadoces hanc ambrosiam vocare scribunt Dioscorides & Plinius. Idem Dioscorides ambrosia botrym appellari ab aliquibus notat h. 3. c. 129. Αμβροσία οἱ δὲ βότευς, οἱ δὲ βότευς αρτεμισία, θαυμάσιοι εἰν τριστίμενος τὸ θύεος, πολύχλαδος φύλλα τῷ κανθάρῳ τῷ εὐθελῶν τῷ κανθάρῳ μικρῷ οὐ πτυχεῖν. Ταῦτα κανθάρια περιφερτά εἰνότα τοσούδιοι μιθέποτε ἀνθέσται, τῇ οὐ μη

δινόδης, ήδεῖα (rectius ήδεῖα utad τοσούδιος referatur) ἡ πλεῖστη, διατίθεται. κατατίθεται δι τοις καταπέδηται τοῖς εὐφάροις, Ambrosia, quam aliqui botrym, alii borryn artimesiam appellant, exiguus frutex est triū palmorum altitudine, ramosus, folia circa unum caulem habet exigua, ceu rutæ, caulinulos vero minutis seminibus, quasi racemulis, qui nunquam florent, refertos. Est is odore vinoſo ac suavis, radix tenuis & duum palmorum longitudine, neclitur apud Cappadoces in coronis. Plinius lib. 27. cap. 4. Ambrosia vagi nominis est, & circa alias herbas fluctuat: fruticem unum habet densum, ramosum, tenuem, trium verò palmorum, tercia parte radicem brevorem, foliis rutæ. Circa unum caulem in ramulis semen est (lege, foliis rutæ circa unum caulem in ramulis) uis dependentibus, odore vinoſo. Qua de causa botrys à quibusdam vocatur, ab aliis artemisia: co-nanuntur illa Cappadoces. Vagi inquit esse nominis. Id vere riſſimum. Supra lib. 6. cap. de lilio ambrosiam lilyum dictum dixi; botrym ambrosiae nomine gaudere hoc ipso capite audivimus. Alterum artimisæ genus Ambrosiam appellari, testis est Ruelius. Semper vivum majus hoc nomen audire, auctorest Dioscorides. Et etiam malagmati nomen apud Aeginetam lib. 7. cap. 18. Apud Aetium lib. 14. cap. 18. emplastri. Antidotum etiam quoddam ambrosiae nomen obtinet, ut scribit lib. 2. de antidotis Galenus cap. 8. & 10. Idem potionem quandam ad phthisicos sic dici lib. 7. τοῦτο τὸ πάππας cap. 3. scribit. Ambrosiam Deorum cibū ex Homero, Hesychio, aliisque esse constat. ambrosiam Deorum potum refert Athenaeus li. 2. Homerius Odysseus lib. 13. πεπονιδεῖς ιακών Ambrosiam scribit. Plantam de qua nobis sermo, Ambrosiam dictam ajunt ab a & βεγγος mortalis, interposito & vocalitatis gratia; vel quod mortales eam non edant, vel quod qui eam commederint immortales evadant: ideoque τοῦτο τὸ πάππας Deorum cibus dicitur, eximiæ fragrantia gratia Diis expedita. Pro Ambrosia Mathiolus pingit coronopum repente Dodonei, pseudoambrosiam à Camerario dicta. Flosculos planta hæc fert & foliorū fini candidos, exiguos, odore vinoſo caret, penè inodora. Nec reprimendi, nec repellendi, uti Dioscorides & Galenus de ambrosia scribunt, nec adstringendi vi prædicta, sed calida & sicca ad nasturtii hortensis uti saporem, sic & qualitatem accedens: est tamen imitior & minus calida. Nec ambrosia altera Mathioli, quæ alii artemisiæ tenuifoliam vocant, veterum ambrosia est; quia calida & sicca, nec folia infima minora, sed majora habent abrotoni maris emulanta, paulo tamen minora & longiora. Pro ambrosia plantam

## Ambrosia.



Dodonæus, Lobelius, aliquæ pingunt, cuius effigiem addidimus; Vulgo ambrosia Hortensis vel procerior dicitur & enico caule botryos instar, euque non nihil striato, fruticis exigui modo assurgit, duos aut tres palmos alto, qui in ramulos ac alas complures quoque diffunditur. Folia haud magna, varie fissâ, teneriora, tenuioraque quam artimesiae prioris, quorum minora legamenta tenuia, graveolentis rutæ foliola quodammodo expriment, superne majora, majoribusque divisuris ad initia artemisiae infernae minora. Flores secundum ramulos sublutei, rotundi, muscosi, absque fructu. Subsunt inferius angulosa, terrestris tribuli instar echinata capitula, nunquam florentia, in quibus semen nigricans, radix gracilis, palmaris. Inalbicat è virore tota herba, & gratum odorem spirat. In Cappadocia sponte nascitur, alibi sata in hortis feliciter adolescit; ubi fecunditate leti soli quandoque luxurians altius attollitur. Et hæc de ambrosia & botry, ad chamepityn redeo. Duxi alteram Dodonæi cum descriptione non convenire. Ingenue fateor me alterum illud genus non novisse. Eodem hoc cap. Dioscorides tertiam his verbis describit. *τριτην οὐδὲν τελευτὴν οὐδὲν τούτην.* Lævis qui dici possit non video: statim enim subjungit foliis esse hirsutis, & caule aspero. Addit quod nec in Oribasio, nec Serapione vox hæc reperiatur. Quare rectè judicat Doctiss. Saracenus codicem depravatum, ac *τριτην*, vel *τριτην tenuem* legendum suspicatur; vel certe inquit *τριτην* *τριτην τελευτὴν* accipiendo, ut apud Hesychium exponitur. Ego vocem hanc è marginе in textum irreppisse puto, ac vel cum Saraceno, *τριτην* vel *τριτην*, quod fere idem est, lego, *Εγενερωτασσα λαπτασσα διασταζουλας οιησαχον* (alter codex *τριτην*) *λαπτασσα αθηνα μαλισα σπιραντην* *τριτην μαλισα λαπτασσα διασταζουλας οιησαχον*. Addit *τριτην* que mascula nominatur. Est autem herbula lœva, foliolis tenuibus, albâ, pilosis, caule scrabro (crallo alter codex) candido: pusillis floribus luteis, ac minuto semine juxta alas. Plinius loco citato, Tertia eodem odore, & ideo nomine quoque parvulo capitulo, crassitudine digitali, foliis scabris, exstibus, albâ, in petris nascens. Hanc tertiam dicimus chamepityn, cuius effigiem exhibemus. Tennes, teste Dodoneo, promit cauliculos, palmates, foliola perquæ exigua, floculos parvos è luteo pallentes (*Melinos*, ut inquit Dioscorides) ad fastigia caulinorum: radiculas similiter minutas & tenuissimas: Canescunt foliola cum ramulis, odor adeo qualis resine pitynæ aut piceæ. Adversariorum Auctores hanc pro prima; & quanq; nos pro prima, pro tertia habent chamepityn; cum ramen hæc cum tertiae descriptione, illa cum prime magis convenienter.

In Aldino codice *τριτην* legitur. Lego cum viris Doctiss. *τριτην*. Videat lector cap. ult. hujus libri, & quæ à nobis dicuntur.

Humicaulia inquit, quibus caulis gracilis, mollis, prælongus. Rectè addidit mollis. Nam, longus, gracilis rectus esse potest; si vero acceaserit molles, vix rectus, nisi sustentetur, esse potest.

Hunicaulia multis caulis constare ait; contra re-

### Chamæpitys tertia.



cticaulia, paucicaulia, vel unicaulia esse. Id quod experientia comprobat. Quæ serpunt plures à radice caules emittunt, quæ assurgunt rarius pluribus visuntur caulis. Levicaulia vocat, quæ nodis, geniculisve carent; qualis scilla, nec non plurimorum bulborum caulis. Quæ sequuntur majorem difficultatem habent, quod ante nos animadvertisit Scaliger. *τριτην τελευτὴν* *τριτην*. Si, inquit magnus Scaliger, *allium, cæpe, porrum, exempla sativorum* sunt, male subdit, *τριτην τελευτὴν*. Si rectè subdit: ergo *illa sylvestria*, quod præter veritatem est. Puto scripsisse præceptorem *τριτην τελευτὴν*; quod in aliis etiam sativis animadvertere licet. Ita si scribatur, nulla in verbis magistri contradicatio, nihilque quod veritati repugnet.

### C A P . I X .

*Differentia herbarum in positu locoque foliorum. Nec non fertilitate, sterilitateque. Tum que differentia foliorum maxima, quidque inter herbarum, arborumque flores intersit. Atque de sylvestrium herbarum, olerumque radicibus, & quid distent inter se.*

\* ποδός.

\* κρίπτη.  
Al. Bas.

**Δ**Ιαφορὰ δὲ περὶ ποιάδε τῶν ποιῶν ἐστι. τὸ μὲν *Πτηγείφυλλα*, τὸ δὲ *Πτηγείφυλλα μέρη*, κεροπότες, αὐθίμιον, ἄγκυρα, πάσα, αἰνεμανή, φυλλαγής, αἴπαγία, δένογλωσσον, τὸ πάτη. Εἰ *Πτηγείφυλλα μέρη*, \* πτηγεῖς, αὐθίμιον τὸ φυλλάδες, λαφῆς, λευκόν. αἴροφτόν τοι τὸ πτηγώριον. Καὶ γέρε *Πτηγείφυλλα μέρη* τῶν καυλῶν αἴρεται σκέψεσσοι τοῖς αἰρεμονικαῖς σκέψεσσι ποὺς αἴρεται. Καὶ τῶν φυλλακαῖθαν, ἔντα τὸν αἴρεται σκέψεσσοι καρποῦ, καθάπερ ὁ σύγκος, ἐστὶ δέ Εἰ τὸ μέρη αἴρεται, τὸ δὲ καρποῦ. Εἰ σόλως τῶν ποιῶν τὸ μέρη αἴρεται τῶν φυλλῶν αἴρινται τὸ μέρη καυλῶν ἐχει καὶ αἴρεται, καρποὺ δὲ ό. τὸ μέρη καρπῶν ὥστε τολειότερον. Φύ-

**D**ifferentia illa quoque herbaceis datur, \* quod alia ab radice tantum foliata, alia in caule tantum foliata, alia utrinque foliata. Ab radice tantum foliata, filago, nigella, anchusa, herba frondiflora, apargia, plantago, <sup>†</sup> fraus. In caule tantum foliata, \* crepis, \* nigella foliosa, lotus, viola alba. Utrinque foliata <sup>†</sup> intubum, sive ampulla. Et enim in caulis, cum ramulorum proventu una flosculos quoque quidam emergit: & ex spinosis foliatis nonnulla, ceu soncus. Sunt etiam alia frugifera, alia sterilia: atque in totum ex herbaceis alia usque ad folia tantum veniunt, alia & caulem, & florrem edunt: sed fructum nullum. Quædam etiam fructum pariunt, veluti naturæ perfectissimæ munus. Nisi forte & sine flore frugiferum aliquid sit, foliosum, sicuti <sup>†</sup> Cichoriū,

<sup>‡</sup> Quod alia  
folia bumi  
sparsa edant  
alia in cau-  
les, alia utro  
bique terræ  
instrata, fo-  
lia habente  
coronopus,  
anthemion,  
anchusa, gra-  
men, anemo-  
ne, phyllan-  
tes.

<sup>†</sup> Aphace.

\* Picris.

<sup>‡</sup> Anthemio-  
s. foliosum.  
sicuti <sup>†</sup> Cichoriū,

στιν εἰ μή τη καὶ αὐτοῦ Σεπτέμβριος παραπομποῖς. ὥσπερ δὲ τὰ τῶν δένδρων. Διαφέρει δὲ καὶ τὸ Φύλλα χρεὸν σκληράτωσιν, αἷλα τολείσσιν Διαφορογένεις ή τὰ τῶν δένδρων. Εἰ τοὺς αἷλα δὲ σκληρά διαφορογένεις εἶχεν. μεγάλην μὲν αἰσεπτῶν, οὐ τὰ μὲν διπλὰ μίσχος περιφερόμενα, ταῦθι δὲ, αἷλα μὲν καθ' αὐτὰ αἰσεπτῶν. τὰ δὲ, καυλικῆ τινι περιφύσει. οὐ τῶν μὲν, σατηνὴ Βλαστοῖς περιφερεῖ. τῶν δὲ πλειστῶν τὰ Φύλλα, Εἰ σχεδὸν τοῦτο δέχεται μέγιστη γένοντα, καὶ μάλιστα ιδίωδημα. τὰ δέ, σχι τῶν δένδρων

† Κακλὸς, προσωθῆτινά τι καὶ λόγον. Διαφέρεται δὲ καὶ τοῖς αὐτοῖς πολὺ. ἐν μὲν γὰρ τοῖς δένδροις ταῖς, γε απλεῖται λευκά. τὰ δὲ μικρὸς ἔπιπορφρυσίοντα τὰ δὲ ποώδη, εἰχλοάδην. † κεχρωμένων δὲ αἰθικῶν πολλαῖς καὶ πενήδοσπαις χροιαις καὶ εὔκρετοι, εἰ μειγμάτιαι, εἰ εύστριμοι δὲ καὶ αστριοι. καὶ σὲ πάντα μέρος δένδρου τὴν ἄνθην αἴθροισι ποιεῖται. τέταν δὲ επικῆ λέρος, ἀπεργέλαχθη, καὶ περὶ τοῦ αἵματος. διὸ καὶ πολὺ γρεόνον αἰνθεῖ. καθάπερ ἄλλα τα πολλά καὶ τὸ ἡλιοτρόπιον, καὶ τὸ κακώργον. πολ-

\* πλεῖστος. σίτις, καὶ τῆς πόσας τῆς \* πλάνης. αὐτῶν οὐδὲ τύτων ἔκα-  
ρας πλέοντες ἀπόχρυσοι μιαφορεῖς. χρώματιν, ὄσματι,  
χυλοῖς, μεργέθεσιν. αἱ μὲν καρποὶ λευκοὶ, αἱ οὐδὲ, μέλα-  
ναι, αἱ δὲ γαλαζοῦσαι. καρφάπεδοι τε τῆς φύσεως καὶ

τις, αὐτὸς προσέρχεται. παντού τοιούτοις, οὐδὲν, οὐδὲν  
τί εἰπεις γεγόνεται. αἱ δὲ ὀσταὶ τοῦ Σαυθαί καὶ ζυλοειδεῖς. Εἰ  
γηλικεῖς μὲν, Εἰ πιοιδὲ, καὶ δριμεῖαι, καὶ ἐνωδεῖς, καὶ κα-  
κώδεις, καὶ ἔνια Φαιρμακώδεις, ὡς ἐπάλλοις εἴρηται,  
ΔιαΦοραὶ μὲν ἐπὶ τῶν σωρκωδῶν. αἱ μὲν χάρις τροχυ-  
λαῖ, αἱ δὲ σφρυμήκεις Εἰ Βαλανώδεις. ὀσταὶ αἱ σφα-  
δέλλαι καὶ κρόκαι. καὶ αἱ μὲν λεπισμώδεις, ὀσταὶ δὲ τὴν Βολ-  
εῖς καὶ τῆς σκύλλης, καὶ οὖσαι Βολανώδεις. καὶ κρομμύναι δὲ  
Εἰ γηθύναι, καὶ οὖσαι τά τοις σμοιαί. αἱ μὲν ὄμαλεῖς, καὶ Ψα-  
τηραί, καὶ μάλα, Εἰ διόλαι, Εἰ ὀσταὶ αἱ Φλοιοί· καβάπτε-  
ταις, αἱ μὲν Φλοιοὶ ἐχαρτοῦσι τὴν σπορικήν κατα-

περ ἡ Σκυκλαμίνη, καὶ τῆς γοργούλιδ<sup>Θ</sup>. Τὸν ἄπα στοι δέ εὐώδεις, οὐ γλυκεῖαι, οὐ ευσουοι, οὐ ἐδάθημοι. τὸ σῆμα πικρὸν αἰσθρωτόν. αὐτὸν ἡ Σαμαραῖα είσι τῷ σώματι τὴν περιστοράν. εἴται γάρ γλυκεῖαι μὲν, θεατέσμοις μὲν νοσάδεις. αἱ δέ, πικραὶ μὲν η κακά-

δεις, ὡφέλιμοι σλέ. τὸν αὐτὸν δὲ πρόπον καὶ Φύλακα καὶ  
καυλός. καθέπερ δὲ φινίτις, καὶ δὲ κενταυρός. Δισ-  
Φιούσι δὲ οὗτοί τινες Βλάσησιν, καὶ κατὰ τινας αἴγησιν. οἷον  
δέχομένας χειμῶνας, καὶ μετανήτας. καὶ πάλιν \* ἥρες,  
ἡ θεός, η μετωπώρα. καὶ Ἐπὶ τῶν καρπῶν δέ σμοις,  
τῷ Βροτῷ εἶναι, καὶ καυλάς εἶναι, καὶ Φύλακα, καὶ περ-  
μάτε, καὶ ρίζας. καὶ ἐν αὐτοῖς τύποις καὶ τύποις χυλάς. οἷον,  
\* ὀξύτης, καὶ ὄξυτη, καὶ γλυκύτης, καὶ αὐτηρότης. καὶ ταῖς αἰλαῖς  
δριμετῆς, καὶ ταῖς τοιαύταις. αἰτλῶς τε καὶ κατὰ τὸ μᾶλλον. ταῖς μὲν  
γλυκύτηπι.  
Ἐν Δισφοροῖς ἐν ταῖς τοις ληφθέουσι.

ficuti in arborum genere. Quin etiam folia eorum *id enim in*  
non paucioribus, sed pluribus fere differentiis, quam *caulisbus fun*  
arborum, inter se distant: nec differentiis carent, *dit, ac simil*  
quibus planè ab illis possint separari. Sed maximam *cum ramu-*  
fere sortiuntur, quod pedicolo illa dependet, hæc *lorum pro-*  
autem (ut breviter dicam) seipsis adhaerent. Verum *vetu floscu-*  
nón desunt, quæ caulinaceo quodam appendice *lum quen-*  
annectantur. Sunt quibus antequam folia, protru- *dam emit-*  
*tit, quod in*  
di caulis soleat. Maximæ tamen parti folia prærum *spinosis etiā*  
punt, amplissimaque pene inter initia fiunt, & maxi- *fieri obser-*  
me ad cibum idonea. Arboribus vero omnibus can- *vatur; modò*

me ad cibum idonea, Arboribus vero omnibus cau- ne nimis  
liculus quidam ante propellitur, frons deinde emer- <sup>sint spinosae</sup>  
git. Differunt etiam floribus plurimum. Quippe veluti son-  
cum in arboribus pars maxima florum candeat, & chus. Sunt  
quædam paulum ad purpuram vergat: nec desint <sup>etiam alia</sup>  
qui herbidi, atque pallidi sint: nulli verò colore <sup>fructifera,</sup>  
<sup>alia sterilia</sup>  
\* ardenter habeantur. In herbarum autem gene- <sup>atque in to-</sup>  
re permulti, & varii, tum synceri, tum misti, tum <sup>tum ex her-</sup>  
odorati, tum non hebetes sentiantur. Item arbores flo- <sup>baceis, alia</sup>  
rem, sed non particulatum universum profundant, <sup>folia tantu-</sup>  
Herbarum vero quædam per partes florescunt, ut <sup>ferunt: alia</sup>  
de ocimo diximus. Vnde fit, ut diutius floreat. <sup>caulam &</sup>  
Sicut alia multa, & in primis solaris, atque cicho- <sup>florem edunt,</sup>  
rea. Quin etiam radicum multæ differentiæ, atque <sup>sed fructum</sup>  
nullum.  
prædictis sunt planiores. Sunt enim aliae lignosæ, \* Vividioræ.  
aliae carnosæ, nervosæque. Sicut etiam in genere <sup>† Inodori</sup>  
sativorum conspicili licet: ceu \* frumenti, & herbæ <sup>sentiantur.</sup>  
specialiter nuncupatae majore ex parte. Earum <sup>Nonnullæ</sup>  
autem ipsarum singulæ plurimis inter se differen- <sup>arbores flo-</sup>  
tiis distant; colore, odore, sapore, magnitudine. <sup>res confer-</sup>  
Aliæ namque candidæ, aliae nigræ, aliae rubicundæ, † Helsotro- <sup>timedunt.</sup>  
Ut anchusæ, atque rubiæ. Aliæ quasi flayæ, & fur- <sup>pium.</sup>  
culi speciem gerentes. Adde dulces, amaras, acres, <sup>\* Ut in fra-</sup>  
odoratas, maleque olentes. Nec desunt quæ vim <sup>mentorum</sup>  
habeant medicam, ut alias dictum est. Carnosis <sup>berbarum-</sup>  
quoque differentiæ insunt. Nam aliæ rotundæ, marum ge- <sup>que pluri-</sup>  
aliæ oblongæ, glandosæque, ut astulæ regiæ, atque <sup>nere obser-</sup>  
croci. Et aliæ multis tunicis constant; ut bulbi, <sup>vare licet.</sup>  
vel cuiusvis generis bulbos; adde cæpæ, & gethyi, <sup>Cyclami-</sup>  
& similium. Aliæ æquales, fungosæ, mollesque <sup>niss.</sup>  
toto corpore, & quasi corticis omnis exortes, ut ari.   
Vel corticem carni adhærentem habent; ut <sup>† Rursum</sup>  
& rapæ. Non autem omnes odoratæ, aut dulces, <sup>aut vere,</sup>  
cibo idoneæ sunt, nec omnes amaræ gustui aver- <sup>aut estate,</sup>  
santur: sed quæ postea, quam in cibo assumptæ fue-  
re, nihil nocuerint corpori, eas tantum esculentas <sup>aut estate,</sup>  
statuimus. Quædam enim, quamvis dulces, mor-  
tiferæ tamen atque morbosæ sunt: aliæ, quamvis a-  
maræ aut maleolentes, utiles plane sentiuntur. Pari  
modo & folia, caulesque se habent; ceu absinthii,  
& fellis terræ. Discrimen etiam in germinando, &  
in florendo; ut hyeme incipiente, aut media, † aut <sup>† Rursum</sup>  
& estate, aut autumno. Quin & in fructibus ratio <sup>aut vere,</sup>  
gustandi eadem est, & in caulibus, & foliis & semi- <sup>aut estate,</sup>  
nibus, & radicibus: atque in iis ipsis pro ratione sa-  
porum differentiæ constant; ut acidi, acris, dulcis,  
austeri, & reliquorum ejusmodi, tum simpliciter,  
tum ratione qualitatis remissioris, intensiorisve.  
Ergo differentias colligi hinc omnino oportet.

JULII SCALIGERI AD CAP. IX.

**V**Idetur pars hæc cum superiori continuanda. De caule enim agit. Fortasse, inde caput aliud incipiendum est. E'st δὲ πώ μιν ἀγέντα. Cum quibus conjuges illa suprema verba. Διέφορεν τὸ κατ' τὸν θάλασσαν. Huic sane capitii anteponendum erat caput de radicibus.

*Eπιγένεσις Φυλλά. Theodoris, foliata ab radice. Mirū si herba definitio est ea, qua ab radice statim emittunt folia; quo modo ἐπιγένεσις Φυλλά quædam sint. Intellige autem caule folia in ipso esse, ad radicem non esse omnibus. Adde tamen τὰ δὲ αὐτὰ*

Φοτίσων. Εἴ dele καὶ μὴ ἴσπικαν λόφυλλα. Ex Hermolao petes  
judicium de Theodoro, qui ἀγέρμος, Nigellam hic.

Επίγειος φύλλων ἐκφεύγωντος. Nequaquam hic locus negligendus est. Κορωνίτων enim quod ego cornu cervi, Romanis herbam stellam vocant, ιπποτείοφυλλόν est. At Theophrastus alibi connumerat inter acutas Iccirco recentiores, quos equidem honoris causa nomino, putarunt genus esse graminis. Quod tamen Plinius in vicesimoquarto aculeatum gramen cum vocet, coronopodis nomen ei non attribuit. Id gra-

men vero non est in pīgēōphūlloꝝ mō̄os, sed iām̄fōtē̄. At hic inter m̄ ē̄tīcōphūlloꝝ pro exemplo est. In Anchusa quoq; stipe foliola animadvertisimus. Phyllosis lege ex Plinio, non dīphūlloꝝ, ut scriptum est. Notab̄ duplex ā̄dē̄.

Tò xīr̄ āx̄l̄. Theodorus Iutubum, sive Ampulla. Ambu-beja scriptum est in codicibus Dioscoridis. Quæ vox idem est, quod erraticum. Est & alius error. Cum enim sic insti-tuisset dicere: Id enim in caulis. Debuerat verbum sub-neclere (fundit) aut aliud tale. Verū lapsus est in alium rectum casum. Emergit, inquit, flosculus. Et omisit verba illa, τὸν ἀκαθάστηκον. Sententia est, etiam in spinosis quasdam inveniri tales: modo ne spino sint nimis. Veluti sonchus, molliore namque spina est. Theodorus autem non temere videtur omisisse. Multa enim vel spinosissima, talia sunt, ut Scolymorum genera sylvestria. Est & casus mutatio sua. & postea τὸν ἀγράπτεσσι. Illa vero barbaries est. Alia, inquit, usque folia tantum veniunt. Et negligientia Theophrasti. Qui cum herbas quasdam scriberet, Edera & florem ferre, fructum nullum: nullum apposuit exemplum. Iris florem quidem edit, sed liliaceum: fructus nullus sequitur.

Tò p̄p̄ c̄ tū βλαστ̄eis āx̄t̄. Antecedit caulis folia. Non igitur herbæ sunt: quemadmodum suprà monebamus: aut aliam queramus definitionem. Eadem ratione minus re-est dictum sit. τὸν ἀντίθετον ᾱx̄t̄ p̄t̄ καλό̄. Non enim pars arborum, sed omnes emitunt primum ab radice caulem. Ea namque definitio recepta est. Theodori codex post ea verba habuit illa, γέγρ̄ ἐφ' ᾱ. aut tale quid. Sic enim addit. Frons deinde emergit. Si nonsunt: non desiderem. intelliguntur enim.

Διαφίρεται τοις ἀρχαῖς. Hec suprà debuit ponere: ubi de floribus agebat.

Κεράτωμαν ἔτιδη. Hic defunt verba sic. κεράτωμαν ἔτιδη εἴδε. cu j̄ Cis πολύτον πολλα. Theodorus, ᾱx̄t̄, ar-

dentiori. Vividiorem dicas mollius, & lege ἀ̄x̄t̄, non īx̄t̄. Id est, puri. subdit enim μεταγένεσι.

Kaj̄ εἰσαὶ τὸν οὐρανὸν τὸν ἀνθεῖον. Theodorus male omisit, cīo. Neque enim omnes arbores cunctos simul edunt flores. Genere feminino ἀνθεῖον dixit, ut Nicander.

Πολλαj̄ τὸν ἀνθεῖον Διαφορα. Aliud caput facito.

Συλοειδεῖ. Theodorus, Surculi speciem gerentes. Non, sed lignosæ, ut Glycyrrhiza. Gentiana autem minus. Nota, cū dixit ξυλεῖδεις, repetit hic, ξυλοειδεῖς.

Ἐχεῖ πανοιαὶ δὲ διάδεις, ἢ γλυκεῖα, ἢ ινσομοι, ἢ ιδωδεῖοι. Videluntur odoratis, & dulcibus deberi natura, atque usus ad vescendum. At rectè negat hoc: minus tamen perspicua loquatio. Nam ινσομοι, est prædicatum propositionis. Incircus obcurbatur à particula, & Videntur enim esse quatuor membra aequalia, per tres illas notas distinctionis. Mallem, abessest sic, ινσομοι, ἢ γλυκεῖα, ινσομοι, ἢ ιδωδεῖοι. Elegantius quoque sic digererem. Ai δὲ ινσομοι, ἢ γλυκεῖα, ἢ ινσομοι, ἢ ιδωδεῖοι. Theodorus omisit, ινσομοι: & simpliciter est, ιδωδεῖοι, interpretatus. Vtrumque tamen necessarium est. Nam odoratæ ινσομοι videbantur esse debere omnes. Interpretetur origines. Nam apud Tragicos est, auribus gratum, η ινσομοι.

Καναεῖς. Corrigere, κανταεῖς. Et observabis quemadmodum οὐφίδημον, non contra distinguitur τὸν ᾱβρων εἶδος: sed τὸν θαυματομορφόν. Itaque aequivoce digeruntur.

Διαφοραj̄ τὸν βλάσπεσσι. Hæc adjungenda erant superioribus τοῖς βλαστ̄eis: ac totum postponendum capit̄ de radicibus. Theodorus μεταγένεσι, mediatæ. At Latini discunt, media die, aut nocte, aut hyeme, ad hunc sensum.

Οἱ δέκατοι. Theodorus addit, δεκάτη. Et καὶ τὸ μετάποτον auxit paraphraſi. Ait enim, qualitatis remissioris, intensiorisque.

### IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Hanc partem cum superiore continuandam; Scaliger dixit, quod de caule agat, cum tamē verius de differentia in foliorum positu locoque agat. Plantas enim alias folia humi sparsa habere, alias in caule, alias & in caule, & humi sparsa. Inepta hunc locum Plinius cap. 16.lib. 21. Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, ut ejus quam coronopum vocant. E diverso stant, anchusa inficiendo ligno, cerisque radice apta, & e mitioribus anthemis, & phyllantes, & anemone, & aphace. Caule foliato est & crepis & apate. Differentia foliorum est hic quæ in arboribus, brevitatem pediculi & longitudine, angustiæ ipsius foliis, amplitudine, angulis, incisuris, odore, flore. Diuturnior hic quibusdam per partes florentibus, ut ocimo, heliotropio, aphacæ, onocithæ. Hæc partim, ut dixi, inepta, partim depravata. De aculeatis apud Theophrastum mentio nulla, nec caules serpere, sed, folia coronopi terra instrata scribit: nec anchusa caulem serpere, vel stare, sed utri de coronopo scripsit, folia humi jacere. Mendo etiam non vacat locus hic. Pintianus legit, & ejus quam coronopum vocant, & anthemis, & anchusa, & phyllantes. Reliqua inserta putat; nempe inficiendo ligno cerisque radice apta, & mitioribus. Ego tamen non inserta puto, & si inserta sint, falsa scribit Plinius. Nec ant hemidis, nec anemones caules serpent, sed assurgunt. Anchusam ligna & linteæ inficere quilibet novit; radicem ceris aptam esse. mirabitur quispiam: Ita tamen docet Plinius; nec tantum hoc loco, sed eodem etiam hoc libro ad finem cap. 14. Ubi inquit, nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admittat rubet. Illic mendum esse cum Pintiano affirmo. Caule foliato est crepis & apate. Lege picris, lotus. Ut in antiquissimo, teste Pintiano scribitur. Quæ lectio Theophrasti hoc loco munitur. Idem codex legit, amplitudine jam vero angulis, incisuris, odore. Etiam ad finem legendum enocheiles. Sed duas has postremas voces, præter orationem Theophrasti addidisse Pliniū Dalecampius obser-vavit, ac illarū loco cichorium à Theophrasto adscribi. Capite vero decimo lib. 7. Eundem scribere aphacen onocheiles, plantaginem, cichorium proventum floris sui propagare, tradit. Nunc de singulis plantis, quæ Theophrastus, Dioscorides, & Plinius scribunt examinanda.

Koprovōnōda dictam viri Docti scribunt, à pedis cornicis similitudine, quam ejus exprimunt folia. Alii quod ejus stylus, è mediis foliis exurgens, in cornicis pedem

conformatus articuletur, reliquam exhibens crucis ef-figiem. Infima Græcia κορωνόποιον quasi corvides vocavit. Hesychius κορωνόποιον πόλιν τὴν κορωνόποδι λέγουσιν. Hanc plantam Theophrastus folia humi sparsa habere scribit. Plinius humi serpere dixit. Aliam notam hujus Theophrastus tradidit lib. 2. de cauf. cap. 7. amaram inquit esse uti cichoracea universa. Hanc Dioscorides lib. 2. cap. 158. describit κορωνόποιον καρπίκες βοτίνιον τοῦ ιδα-φοιον ιεραμίνον καπτοχιμίνον (sic cum Ruellio, Marcello, ac Saraceno lego). Hæc lectio Plinii lib. 19. cap. 22. & Oribasii nititur auctoritate. Accedit, quod quid per καρπονηστομοτο, id est, figuratum, aut figuris distin-gitum folium Dioscorides designare voluerit, non sat is asseQUI potuit, ) τὰ φύλα, λαχανίνται δὲ καὶ τὰ τοφόν-τηλα λεπτηρά, συστάντας οἰστονές πέδες καλισκές ποιῶσι, μέτρα δὲ τοις καρποῖς τέλοις, καὶ τοῖς καρμασοῖς, καὶ τοῖς οὖδεσ. Coronopus oblonga herbula est, humi strata, cui folia sunt incisuris di-visa. Atque hec quidem oleris modo cocta estur. radicem porro habet tenuem, astringentem, quæ cæliacæ in cibo præclare facit. Ceterum provenit locis incultis, in aggeribus, & secus vias. Foliorum descriptionem alius ex locis Dioscoridis peti licet, uti cap. de Phyllo lib. 4. cap. 70. Φύλιον φύλαντος κορωνόποδον φύσιον, διοῖ καὶ μετεπεργα. Eodem lib. cap. xi. de holostio, φύλα δὲ τοῖς καὶ κλίματα κορωνόποδι τοῦ φύλαντος, η μέραντ, συστάντα. Folii, viticulisque coronopodi, aut graminis proximis. Tranposita verba hæc; puto legendum κλίματα δὲ τοῖς καὶ φύλα. Nullis vi-ticulis coronopus, nullis gramen prædirum. Idem eodem lib. cap. 134. De catanano, φύλα μεταφέρεις κορωνόποδι τοῦ φύλαντος. Eodem lib. capit. 153. De Sesamoide. Τοῦτο φύλα κορωνόποδι τοῦ φύλα, διοῖ τοις καὶ μετεπεργα. folia longa ceu Coronopi. Eodem lib. capit. 19. Coronopus ob-longa herba est cum fissuris: seritur interim, quoniam radix cæliacæ præclare facit in cinere tosta. Quæ planta ve-terum coronopus fit, inter recentiores non convenit. Quam Brunsfeldus ostendit, ranunculus est, uti altera addita tabella, in qua ranunculus sylvestris ad vi-vum depictus est, (sed flore simplici, non uti Brunsfel-di, flore pleno) fatis ostendit. Omnis ranunculus urens, nullus adstringens: nemo ranunculorum foliis oleris modo vescitur, cælicacisque ranunculorum ra-dix inepta. Alii gramen ischæmon Lobelii coronopum statuant. Hæc folia fissa non habet, sed gramine simillima. Dodonæus ex codice Cæsareo antiquissimo picturam

## Coronopus ex libro nostro



picturam adfert, quam coronopum verum referre inquit. Huic similem plantam quam ex Creta accepimus à Ioanne Bergero depingi curavimus. Foliis hæc caret; viderunt eadem esse, quæ à Dodon. describitur, & quam Alpinus trifolii creticæ nomine, lib. 2. de Plantis exoticis exhibet; nisi quod Lobus sive, corniculum, in quo semen recurvum, corvi pedem magis referat, loculis tribus, quatuorve distinctum, quas distinctiones trifolium corniculatum creticum non habet. Ut ut sit, hæc figura veterum coronopum non refert, folia enim fert neutri-

quam fissa, plane psyllio dissimilia. Alii cornucervi repente coronopum existimant, sed hanc calidam & siccam esse fatentur omnes; coronopus contra adstringens, ac idcirco frigida & sicca. Sed non omnia adstringentia frigida sunt, adstringit Theriaca, adstringit ruta; nemo tamen frigidam dixit. Accedit quod calidam & siccam esse, ex Theophrasto colligi possit; quippe ille amarum dixit coronopum, sed amara calida & sicca sunt, teste Galeno. Illud tamen obesse videtur, quod tota planta humi incumbat vel repar, cum folia tantum co-

## Cornu cervi repens.



ronopi telluri instrata fint, & uti Theophrastus & Dioscorides scribunt, caulinis foliis destituti sunt. Cum Pliniana descriptione optimè hæc planta convenit. Etenim repit, & ob seminum conceptacula aspera, non inepte inter aculeata recenserit posset. Ego herbam stellam proximè ad descriptionem Dioscoridis, & Theophrasti accedere existimo. Imo cum viris doctioribus hanc coronopum esse dico. Negat tamen Clariſſimus Dodoneus; idque his rationibus motus, quod nec oblonga sit herba, nec ullo modo repar, viticulosique caulinis quibus serpat destituta sit. Herbulam esse oblongam, ex ipsius Dodonei verbis colligi potest. Ad plantagines, inquit, accedit herba stella appellata; folia hujus oblonga, angusta, adnatis utrimque appendicibus ramosa, instar cervini cornu, exiguis pilis tenuissimis asperiuscula, quæ radiantis stelle in modum orbiculatim strata humi decubunt. Exit inter hæc colicus a medio fastigium usque flosculis, deinde seminibus gravidis, instar spinæ majoris plantaginis, quam proxime, tametsi minor & brevior re-

fert; radix, longa, tenuis, albida. Considera lector an non oblonga herbula dici possit, folia, caules, radix, omnia oblonga. Ad alterum argumentum quod non repar, responsum jam est. Solus enim Plinius serpere dixit; & Plinium Theophrasti locum male exscriptissime jam probavimus. Satis clarè Theophrastus folia humi decumbere scribit, caulinosque foliis carere. Et cum Dioscorides plantam humi stratam inquit, intelligit, folia uti scripsit Theophrastus, terræ sparsa esse. Ad tertium respondeo; nemo unquam dixit, coronopum viticulosos caulinos quibus serpat, habere; nisi forte id ex depravato Dioscoridis codice colligere quis velit. Idē colligat oportet, gramen tales viticulos, habere quod præter veritatem est; radicibus enim, non caulinis serpit. Finem ut faciam, hanc dico verum & legitimum veterū esse coronopū, repente alterum coronopi genus, vel forte Plinii, si locum supra citatum ex Theoph. non exscriptis, quod parū verisimile videtur. Habet coronopus spuria quædam nomina, quæ perbellè herbae stellæ, sive cornu cervi

## Coronopus.



cervi (sic enim vocatur nomenque accepit, quod foliis comosis ipsius cornucervini præ se ferat similitudinem) adscribi possunt Auctor Auctuarii οἱ οἰνοφόροι, οἱ οἰαστοί, οἱ οἰαστιναῖαι. Sanguinaria dicitur quod sanguinis rejectionibus medeatur, qua vi pollet herba stella. Astrion cur dicatur, ex descriptione jam liquet. Eadem de causa & hodie herbæ stella dicitur. Ammonos quasi arenaceus, quod locis arenosis proveniat. Errat denique vir magni nominis quod verrucariam, sive Heliotropium, de quo alibi, coronopum esse statuit. Obstare facetur quod radix verrucariae acris sit, contra συντηκήν esse coronopi, scripsit Dioscorides, sed verbum συντηκήν, δριμύν significare inquit. Id probat ex Galeni lib. XI. de Symp. cap. τοῖς πιμελῆς καὶ σιατόντοις, loco, ubi Galenus, ὁ αὐτοῦ αρχιβίου διδοκούσθη, παλλὰ μὲν κολποῖς εἴησεν τὸ κατέχοντα υγρὸν ιατρούμενον, ἀγνοῶν δὲ τὸ σημαντόμενα τὸ εἰδηπλάνοντον: ὃταν δέ τοι λίγης συπικνήσῃς τοσοῦτον τὸ διέγων θεῖον. εἰ μὲν δὲ τὸ δριμύπερην άλλὰ τὸ συντηκωπέρην βάληται δηλώσῃ. Qualis est Dioscorides Anazarbensis, qui profecto multa bene dixit, eorum quae de materia medica memoriae prodidit, cæterum significata græcanicarum vōcum non satis pernivit. Hic ergo cum ait magis esse adstrictorum adipem caprinum suillo, siquidem acriorem significare velit, per magis adstrictorum. Hucusque citat locum Galeni, quæ sequuntur sensum plenum reddunt. Pergit, itaq; Galenus. οὐδέποτε τὸν λόγον οἰσταδηθῆ, εἰ δὲ τὸ πιάντην ίχον πολόποτα τὸ δύναμιν οἷον τὸν καὶ ἔπον εἰδηθῆ φάσιν εἶναι λόγοι, Accipimus sermonem seu verum, at si tamen habentem qualitatem, ac facultatem ac thus & rheon haud verū esse sermonem dicimus. Non scribit Galenus Dioscoridem per συντηκήν intelligere δεῖμό, sed si sic intelligat, verum scripsisse, fin minus præter veritatem esse quod memoriae prodidit. Sed esto quod alibi Dioscorides per συντηκήν δελυν̄ intellexerit; an itaq; ubique, & hoc etiam capite? Galenus, Ηgineta, Ηtius coronopum συντηκήν esse scribunt. συντηκήν, itaque capite de coronopo adstringens significat. Sed ponamus fecus esse; nec sic verrucaria satis convenit, ubi ejus folia oblonga, psyllio similia, insuper ubi folia fissa. & quis ejus ramulos folijs destitui, quis folia humi sparsa affirmare ausit. Itaque planta hæc coronopus esse nequit.

Augustus duo esse genera ex hoc capite facilimè probari potest. Unum quod humi instrata folia habet, alterum quod caule constat foliato. Doctissimus Gaza nigellam interpretatur, & lib. I. ca. 22. gith, nefcio qua fretus auctoritate. Nigellam, sive Gith Græci μελαν-

ην vocant. Plinius lib. 20. cap. 17. Gith ex Græci alii Melanthion, alii melaspermon (melanspermon Dalecam-pius) vocant, optimum quod excitatissimi odoris, & quam ni-gerrimum. Unde recentiores nigellam vocarunt. Nigella sive melanthonum cum neutro convenit Anthemio. Etenim primum caulem habet foliis viduum, sive folia hu-mi strata. Alterum florem fert medio luteum, sive au-reum, forinsecus candidum. Quæ noræ in nigella desiderantur. Forte non male feret lector, si nigellæ de-scriptionem, ac genera hoc capite addidero. Sic ita-que de Melanthio Dioscorides lib. 3. cap. 93. μελανθον θεμετοκών εἰσι, λευκόφρεφο, διστιθμέφον. ἡ καὶ μικρα, φύλλα ἵσσω μικροῦ (Ald. λεπτοῦ) μικροῦ περοῦ. Serapio αὖτε μικροῦ, μικροῦ, legifice videtur; molles siquidem interprætatus est. Alii juxta alteram lectionem legendum censem, λεπτή, οὐ ποτὲ ηλιαχρυσή, μικροῦ περοῦ. Hac in difficultate certi nihil constitui potest, siquidem de melanthonio ne mentionem quidem facit Oribasius. Veritati proxima vulgata videtur lectio. Nam tenuiora habet folia vulga-ris nigella, & minora sunt quam Senecionis, coriandri tamen similiora. Δοτηρέαλευκόντος, λεπτόπερον ἢ πολλῷ, καὶ κεφαλιον ἐπ' ἄκρου ίχεν, μικροῦ (alter codex λεπτοῦ) ἢ μικροῦ ἐπί μηκετί, ίχον λέπτη τὰ κορτία Διεφερόμενον. εἰ διεῖ ἐπειρηματικῶν, δριμων εὐδελτες. Melanthium frutex est exiguus, fur-culis tenuibus, in binum dodrantum altitudinem, aut etiam amplius assurgens, foliis parvis, veluti senecionis, verum multo tenuioribus, capitulo in cacumine parvo ceu papaveris, oblongo, intrinsecus dissepimentis qui-busdam prædicto: intra quæ semen latet nigrum, acre, odoratum. Vulgare melanthonum exigui instar fruticis

## Nigella.



assurgit tenuibus caulinis dodrantibus, ramulis aliquot brachiatis: folia in minutulas partes dissecta, su-perioribus coriandri ferè similia, flosculi in summis virgulis, multis staminibus intus, rotæ ferè figura, co-lore in candido cærulei, è mediis floribus paulatim en-aescuntur oblonga, angulosa, & superius quinque ple-rumque, aut sex apices ferentia vascula, ceu papaveris multo tamen minora, interius quinqne aut sex mem-branis recta descendantibus, in totidem camerulas, seu loculamenta discreta, quibus milii quantitate nigra, an-gulosa continentur semina, intrus candidam medullam habentia, pastinacæ sapore & odore; multo tamen acri-orē; radice nititur tenui & supervacua. Nigellæ ge-nera octo observarunt recentiores, de quibus Lector phytopinacem Bauhini consulat. Sufficit nobis demon-stras-

strasse nigellam, neutrum Anthemium Theophrasti esse. Nunc quæ planta Anthemion referat inquirendum. Multæ plantæ hoc nomine donatae sunt. Diocorides lib. 3. cap. 154. plantam Anthemidis nomine describit, quam vulgo chamæmelum, vel camomillam vocant. Auctoriarii auctor Anthyllida illud nomen obtinere auctor est, οὐδένας δι εἰ αὔτιδας, οὐ δι αὔτιδας οὐ δι ισχείρης, οὐ δι λαλητήριος. Idem de parthenio; λαλητήριος, οὐ δι αὔτιδας, οὐ δι χαμαιμέλος, οὐ δι χευστηρίας. Idem Pythagoram malvam hottensem anthema vocata asserit, καλλιχρόποτη ρωμαῖος μελίβα ὄρτιος πιθαρέας αὔτιδα. Apud Suidam lego, αὔτιων ποδῶν. Κλεοφάνης — ἔχων σέφανον αὔτιων, τεττάνη ποδῶν. αὔτιων, id est ποδῶν ροσαριον. Aristophanes — habens coronam anthemū, id est rosarum. Harum nulla cum primo Anthemio convenit. omnes enim in caule folia habent. insuper, nec rosa, nec malva, nec anthyllis anthemion Theophrasti alterum est, quia florearent, qui intus luteus est, forinsecus albus. Parthenion vero, & quam Diocorides Anthemida vocat, Anthemion dici possunt, sed utrum horum Anthemion sit mox videbo. Hæc de priori addenda, quod de eo loqui videtur Plinius lib. 26. cap. 8. ad finem. Anthemion quoque calculos eicit, parvū à radice solis quinis, caulisbus longis duobus, flore roseo. radices tristae per se cœu laver crudum. Hæc inquam, ob causam iam allatum, de altero Anthemio intelligi nequeunt. Pintianus tamen in suis ad Plinium observationibus hac fuit in opinione, cum scribit. *Anthemis*, inquit, *nostrum apographum, cui adstipulatur Dioscorides lib. 3. Theophrastus tamen lib. 7. generne neutrō Anthemion.* De Anthemio foliolo agit Diocorides non de priore, nec ullum plantæ genus Anthemidis nomine describit, cui flos roseus, quinis à radice foliis. Ceterum Anthemion hoc inter ignota collocare cogor. Quæ enim ad amissum id referat planta, videre nondum licuit. Alterum Anthemion botanici, litteratoresve plures chamæmelon existimant. Fateor omnes habere notas quas requirit Theophrastus. De flore non est dubium, singulis seminibus singulos flores annexos habet, uti lib. 1. cap. 22. Theophrastus, ac cum ipfis seminibus flores edit. Per flores, hoc sciat lector, intelligit aurea illa filamenta quæ globum constituunt. colorem floris si consideremus, is idem erit, quem Describit Theophrastus, Dioscorides lib. 3. cap. 154. αὔτιδας, οὐ δι λαλητήριος, οὐ δι ισχείρης, οὐ δι αὔτιδας πιθαρέας, οὐ δι χαμαιμέλος, οὐ δι τὴν αὐτὴν τε κατὰ ομοιότερη τύπου, οὐ δι πελατηρίου, οὐ δι χευστηρίας, οὐ δι καλλιχρόης πολέστη. Σαντική τε καὶ ἀνθετικός οὐδὲ φίσεγρατος. κατάπτωσις αποδικαῖος, πανοπόλας ἔχοντος πολλῶς κλανασσαλα μικροφ (lego cum Marcello, ac Saraceno Φυσικῶς, ex auctoritate Serapionis:) λαππη, κεφαλαὶ πελατηρίη. Ιδούθεν μὲν χρυσιζόντες αὐθινούτεροι νεώτεροι λευκοί καὶ κρυσταλλοί ἀνθετικοί ἔχονται. Viri doctiores, inter quos Saracenus, legunt, νεώτεροι μὲν χρυσιζόνται, μέντη δὲ ἐξαντίκεινται. & hoc est quod Theophrastus infra Cap. 13. πονηράντες χρύσον. Antiquam porro lectionem confirmat Oribasius Saraceni tamen sequor, & experientia comprobatis tales florculos ac capitula chamæmelon habere. Εἴδεις δὲ ἐξαντίκεινται κυκλοποτέρας λευκὸς ή μῆλινος, ή πορφυρᾶς, ή μέριδος πηγανον Φύλλων. Φύτευται τόποις τρεχεῖσι, καὶ τοῦτο τὸ οὖδες, συλλιγταὶ ιατροί. Anthemidem aliis leucanthemum, aliis eranthemum, quoniam vere floreat, aliis chamæmelon, quoniam odorem mali habeat, nonnulli melanthemon, aliis chrysocomen (ob aureum capitulum) aliis denique calliam (quia flos pulcher.) Hujus genera tria, flore tantum distantia, rami dodrantales, fruticosi, aliis multi concavi, foliola parva, tenuia, numerosa, rotunda. item capitula, intus quidem auri colore fulgentia, foris vero orbiculato ambitu floribus circumdata candidis, aut melinis, aut purpureis, magnitudine foliorum rutæ. nascitur in asperis & juxta semitas. colligitur vere. Idem fere Plinius lib. 22. cap. 21. Anthonis magnis laudibus celebratur ab Asclepiade; aliquis leucanthemida vocant, aliis leucanthemum, aliis eranthemum; quoniam vere floreat; aliis chamæmelon, quod mali odorem habeat; nonnulli melanthemon vocant. Genera ejus tria flore tantum distant, palmum non excedentia, parvūque floribus, ut rutæ, candidis, aut melinis, aut purpureis, in macro sola, aut juxtasemitas. colligitur vere, & in corona menta reponitur. Dioscorides ramulos dodrantales inquit, Plinius palmum plantam excedere negat; quod præter veritatem est. Idem floribus parvis, rutæ instar inquit esse; quod etiam falsum est. Diocorides folia florulorum extima parva, inquit magnitudine rutæ: Quod purpureis sit floribus chamæmelon, hactenus non vidi, nec quemquam vidisse existimo. Nam adonis flos

non est Chamæmelon purpureo flore; odore enim caret mali. Nec capitulum habet aureum, sed oblongum ex multis collectum seminibus rotundis, acuminitatis, colore in virore subnigricantibus. Chamæeli genera **10.** recenset in phytopinace Bauhinus. Vulgare, quod leucanthemon recte dici potest, nobile, seu odoratius, quod Romanum vocant, Hilpanicum flore magno, luteum odoratum à Bauhino in prodromo de scriptum, melanthemum à luteis foliis vocare licet. Nobile flore pleno; seu multiplici, floribus hoc genus variat, altero enim globosus albus, ut apices lutei non conspiciantur, in altero vero conspicuntur luteum odoratum capitulo aphylo. inodorum, quod eotulan non sc̄tidam vocant. Fœtidum, vulgo cotula fœrida dictum, Alpinum inodorum à Gelsnero pyrethrum appellatum alpinū; ultimum vocatur leucanthemum incanum. Horum primum, secundum, tertiumve cum Anthemii à Theophrasto data descriptione convenire negari non potest. Anthemion tamen Theophrasti non esse chamælum, sed parthenium, quod Anthemida dicitur, notat Auctuarii auctor, persuadet Helychius *Arripi*, lego *αιθίους*, vel *αἴθησις*, *αἴθησις* ποτα. *Anthemis*, que ab aliis amaracum dicitur herba. De samplucho hæc intelligi nequeunt. florem enim dissimilem descriptioni Theο, hrafti habet, sed de parthenio, quod etiam amaracum, ut alibi diximus vocatur, & à Diocoride lib. 3. cap. 155. his ferè verbis describitur. Παρθένος οὐ δὲ αἰθίους, οὐ δὲ λαζαρίδης. Φυλλαὶ ἔχει οὐρανοῦ κοράλλιον, επειδὴ τὸ λαζαρῖνον καὶ λαζαρίδης, τὸ δὲ μάτιον μάλινον οὐρανοῦ λαζαρίδης, τὸ δὲ μάτιον πικράλιον. Parthenium, aliquis amaracum, alii leucanthemum vocant, foliis est coriandrī, tenuibus, floribus per ambitum albis, in medio vero melinis, odore subviroso, & sapore amaro. Meminit Parthenii Plinius lib. 21. cap. 30. Parthenium alii leucanthen, alii tamnacum vocant, Celsus apud nos perdicium & muralium. Nascitur in horitorum sepiibus, flore albo, odore mali, sapore amaro. A Celso parthenium muralium dici scribit & pardicum. Parthenii nomine plures gaudere plantas, jam supra diximus. Perdicium vulgo parietarium vocant. Perthenion vocari testatur Dioscorides, testatur & infra Plinius lib. 22. cap. 17. ubi parthenii addit etymon, quod mox examinabo, sed matricaria, sive parthenium de quo nobis sermo, muralium vel perdicium dici, nusquam scripsit Celsus. De parthenii nomine hæc Plinius *Vernula charis*, *Pericli Atheniensiu principi*, cum in arce templum adificaret, rep̄sissetque super altitudinem fastigii, & inde cecidisset, hac herba dicitur sanatus, monstrata Pericli somnio à Minerva, quare parthenium vocari cepta est, assignaturque ei dea. Meminit Plutarchus in vita Periclis hujus Historiæ, sed parthenion Pericli in somnio à Minerva ostensum, tuisse non scribit, sed remedia tantū quibus vernula sanatus est *ἀνθεμίνης* δι Σεπτεμβρίων θεος στρατού ταξιδιώτικον, καρπούς οὐ περικάρπιαν ημέρας in ore iorū αἴθησιν. In opere consilii Minerva in somno sepe Pericli offerens, prescripte medicinā qua usus ille, hominem facile & cito curavit. Sed forte apud alium auctorem hoc legit Plinius. Παρθένος planta hæc dicitur, quod morbis mulierum uteriniis medeatur; hinc vulgo matricaria vocatur. Sed aliud etiam in Plinius verbis notandum, quod flore albo inquit esse, cum Dioscorides per ambitum albū, in medio melinum esse scribat. Nec illud negligendum quod de odore scribit. Nempe mali esse. Hoc de chamæleo Dioscorides, qui parthenii subvirosum inquit, esse. Sanè mali odorē in parthenio percipere nequeo. Credo Plinium chamæli, parietarie, & matricariæ historiam confundere. Matricariæ genera plura observarunt recentiores, alia vulgaris, alia odoratior, alia flore pleno, alia inodora, alia alpina, alia foliis abrotani, quibus si maritima addatur, septem genera esse facile concludi potest. Vt hæc plantæ leucanthemon à floris albo colore dicuntur, sic chrysanthemum ab aureo floris colore nomen accepit, quo Dioscorides lib. 4. cap. 58. describit. *χρυσάνθεμον*, ή *χρυσάνθημον*. δι θεοφυλακούς, τευφερού πεπάντη μαρινούδης οὐδεις αἰτιά φέρεται κυρλακού ηγη Φυλλαὶ πελασμοῦ, αἴθη μειδία, ιχυρός πελασμοῦ, καρπούς οὐθαλαμούς οὐδεις πεπάντη μαρινούδης; Φύται τοῦτο πελασμοῦ καρπούς δ' οὐτε *χρυσάνθεμον*. Chrysanthemum seu calchas (vel, ut codex Aldinus, cachlas) alii buphthalmum, herba quidem est tenera ac fruticosa, levee proferens caules, foliaque multisida, flores luteos eximio splendore micantes, & oculi orbem imitantes, unde & buphthalmi nomen obtinuit: propter oppida nascitur, ipsius vero caules olerum instar existantur. Disputatur inter doctos utru caput hoc sit legitimū, an spurium. Qui spurium judicant,

nec violam purpuream, nec fumariam alvum movere scribit; contra Arabes. Ergo nec rosa, nec viola, nec fumaria cum veterum descriptione conveniunt? Id tamen nemo in dubium hucusque vocavit. Idem de aliis dicere licet. Buphtalmi hujus flores duritas, atque in scirrhum abituras collectiones dissipare, fatentur Adversariorum Auctores; quod haud perinde praestare primum buphtalmum, sive vulgare iidem scribunt. Illud addo folia tanaceto similiora esse, quam scenicula, ut utriusque Icon addita ostendit. Quæ à Camerario bupthalmi nomine ostenditur, ea videtur esse planta, quam Adversariorum Auctores bupthalmum alterum folio & facie corulæ fructidæ appellant, aut genus huic simile. Nec hoc est bupthalmum, quia caule & flore purpurascente inquit esse. Et hæc de bupthalmo. Pro chrysanthemo, Botanici qui proximi barbaro ævo vixerunt, ostendunt ranunculi genus, cuiusfiguram addimus. Credo quod Geoponicus auctor lib.2. cap.5. scribat βαρτράχιον, ἡ χρυσανθεμός, φύλλα φίδης οὔνομα σείσπει, μειζόνα δι, αὐθό χρυσανθέον, ὅλη δι ει βούνη, ει μειζόν πέντε διο παλαιστών. Bratrachium, aut chrysanthemum folia fert apio similia, verum majora; florem auricularem. tota herba duos palmos non excedit. Cum hoc in-

## **Chrysanthemum.**



Helleborus ferulaceus hic deest, ut &  
Buphthalmum.

quam chrysanthemeo convenit ranunculus, cuius figura addimus, at non cū Dioscoridis descriptione. Nam caules oleris instar non esitantur, qui propter calorem urentem, inepti. Nec fruticosa herba est, sed plane herbaceaē naturae; flores lutei quidem, sed qui, salvo meliori judicio, oculi orbem parum imitantur; folia quidem fissa, sed quæ nullam cum verbena similitudinem habent. Nec inde concludi potest batrachion hoc esse chrysanthemum de quo loco citato Dioscorides, quod scilicet nomen hoc audiat. Nam tum & helichryson chrysanthemum esset; eo enim nomine gaudet. Falluntur qui calendulam, sic dictam quod singulis mensium calendis floreat, & ab aliis solsequium, quod sub vesperam flos contrahatur, chrysanthemum esse putant. Huic folia neutiquam multifida, sed oblonga, aliquantulum lata, mollia, nonnihil lanuginosa, dilutè virentia, omni fissura carentia; nec caules fert leves, sed foliosos, striatos, asperos, fungosa intus medulla, in plures alas divisos. Suā tamen ut stabiliant opinionē, codicem depravatum esse scribunt. Suprà codicem mendo carere probatum est. Illud tantum addendum; nonnullos eum caules, ut dixi,

non laves, sed asperos viderent, legendum contende-re arriñēs laves πλεῖς plures, sed qua auctoritate hanc confirmant lectionem, non scribunt, nec habent. Supra ex Neophyto lectionem vulgatam servandam esse, satis superque probavi. Sed quas fissuras habet calendulae flos à Dicunt multis, argutis minutissimis crenulis scis-sos esse, & hoc ἀντιπλεῖς Dioscoridem vocare. Sed chamæmelon, anemone, ranunculi, aliisque plurimi flores, præsertim pleni, his crenulis non carent; nemo tam-en multifida esse dixit scriptive. Eadem caltham poë-tarum calendulam esse scribunt. Virgilius Ecloga se-cunda, *Mollia luteola pingit vacoinia.* Caltha columella in hortulo, luteo inquit esse flore. *Candidaleuca, lu-teola & flaventia lumina caltha.* Idem splendentes ad-modum canit. *Pressaque flammeola rumpatur fiscina caltha.*

Caltha hæc chrysanthemum Dioscorides, alcman a-pud Athenæum lib. 15.

χρυσεος οργανης ιχνων πανδιονος καλχαν. aureum tor- quem habens ex floribus elegantium calcharum. Nicander in Georgicis.

κάλλια βυθομόρτη τογὴ ένωδε δίδε ἄνθος venustos flores: buphtalmion inodorus (interpretes inodorus καλχαν). Sic Theophrastus lib. 6. ca 6. auctor) joviis flos Calchas. Hæc satis ostendunt καλχαν Græcorum & caltham Latinorum eandem esse plantam. Chrysanthemum, caltham que dicimus cujus effigiem damus; vulgo chrysanthemum segetum folio multiscissō vocatur. Caules huic teneri, glabri, virentes, plusculi, rotundi, sesquicubitales; folia crebra, ab imo semunciam lata, tuto ambitu arthemiſiæ, vel etiam verbenæ modo, & crebro incisa, pallentia, tenera, viridantia, in summo aureæ orbitæ fulgentes, latiores, compresſiores; anthemidis, bellidis majoris, & calendulae similes, odore non insuavi; gustu oleracea est, & nonnihil calida, adeo ut discutiendi vi prædicta sit planta.

Inter ἴνγειφυλλα numerat Anchusam; quod an-venum, mox videbimus, ubi quædam de nominis etymo præmisserimus. Αγκευα dictam quidam volunt δέντρο Στραγγυλανδο; quod vim strangulatoriam ac suffocatoriæ habeat. Hanc facultatem, huic veterum tribuit nemo rectius, quod serpentes strangulet necerque. Hac vi pollere auctor est Nicander, Dioscorides, Galenus, Plinius; præcipue quæ tercia dicitur, semine minimo. Alii ab Αγκευαι deducunt, quod est fucaria, co-lorare formam. Suidas, Αγκευα εἶδος βούνου, ὃς ή πίζα ιπο-οργή, ή ιεροθεάτης τοις αγοραῖς, herbe species cuius radix rubra, qua mulieres faciem rubro colore insciunt. Idem Hesychius Αγκευα πίζα η φυκεντα τη γραγα, id est, radix qua fucantur mulierculæ. Non tantum genas, faciemque tingunt hujus succo, sed etiam lanas, ceram, aliaque, ut ex Plinii verbis supra collegimus, ubi hunc Theophrasti locum cum Plinii verbis conferebamus. Hac occasione locum examinabimus Plutarchi lib. 6. sympos. quest. 7. οὐκέτι τὸν οἶνον οὐ θό αἴλοντο γεωπίζοντες, η καναρινός η κρεούς ιφεδρόντες, μάστηρ γυναικες η κλαντόντες, εἰς τὰ συνόπται καὶ ταχαγρανθύσαντο. Proinde etiam qui vinum aloe insciunt, aut cinnamomo, vel croco, bilarem reddunt; si quasi mulierem comptam curiosè in convivio adducunt, & prostituunt. De agallocho intelligi hoc loco vox aloë nequit. Non enim tingit. Scio veteres Αἴλον appellazione plures res intellexisse; Quidam enim Judæorum magi-stri Αἴλον bibliorum, de qua alibi agam, de sandalo interpretantur. Sandalum rubrum, inquit magnæ au-toritatis Historicus, insciit, & gustu dulce est. Brasilium quoque lignum tingit. Tale aliquod lignum Plutarchum intellexisse palam est, quo vina quidam tingebant. Nam de succo aloes medicamentario vix, ac ne vix quidem capi potest; Quod de succo aloes medicamentario Plutar-chi locus exponi nequeat, concedo. Idem de sandalo, & brasilio ligno assero. Neutrum tum temporis Græcis fuit cognitum, nec Græcis barbaris. Græcorum, aliquis hu-jus meminisset. Sandalum quod inficiat fateor, sed tem-pore indiget; citius id præstat Brasilium, sed gratia huic nulla. Puto Plutarchum scripsisse Αγκευα Littera-rum hic lapsus facile ex scribentis incuria fieri potuit. Hoc notum, veteres lanas aliaq; anchusæ succo tinxisse, vel ipsa radice in eo macerata, uti & hodie fit anchusæ radice, quam officinæ alcannam vocant, & similibus. Recentiorum nonnulli butyrum recens, insulsum cum anchusæ radice addito vino, donec ruborem contraxerit, coquunt, quod butyrum rubrum appellant, ac ad plurima utile ferunt. Hoc scio, vinum hujus radice tin-

ctum, addito cinnamomo, & saccharo aliisque aroma-tibus, non esse ingratii saporis. Anchusam recentiores Græci Αγκευα vocarunt. Hesychius Αγκευα πίζα η παρεῖας ιποθεάτης τοις γραγαίς. Infirma Græcia laccam vocavit. Ni-comedes Iatrosophista λαχανα Αγκευα. Pace viri magni si dicere liceat, vereor hunc Iatrosophistā tinturæ vi-cinitate deceptum, ac quod lacchæ Arabum dicebatur, hoc anchusa tribuisse. Nec ullo modo credo, lacchæ vo-cem à Græcis imfimis transisse ad Arabes; sed è con-verso ab Arabibus ad Græcos, qui cum ceraginem il-lam Indicam, quæ circa ramos certarum arborum con-gesta reperitur, ac à formicis elaboratur, ab Arabibus laccham vocari animadverterent, nec quid esset scirent, rubrum tamen colorem efficere; radicem illam quæ ru-bro ac sanguineo colore inficit, hoc eodem nomine do-narunt; neque hanc tantum radicem, sed alias etiam res, uti genus coloris purpurei, & obscuri, quod fit apud in-fectores ex flore nigro, vel spuma purpuræ, quæ super-natat cortinis tintorioris. Zozimi Panopolitæ hac de re verba vide apud Salmasium pag. 1152. littera c. Nico-laus Myreplus hanc Arabum laccam λαχανα η βαρφαν, tintorium laccham vocat sect. i. De Antid. cap. 123. An-tidoto dialacca dicta, quæ lienofis, hepaticis, eorumque obſtructionibus conſert, qua vi non pollet anchusa; fal-tum nemo id de ea prodiit. Ineptum etiam ad id ma-lum, inepti etiam forent, qui tale quid inter aromata recenseret. Et sane Serapio tingere laccam autor est; his fere verbis. Isaac Eben Amram. Lacca res est rubea, quæ est super ligna subtilia, sapor ejus est bonus, & ipsa coquitur, & tinguntur inde panni in rubeum colorem, & dicitur tintura illa karmes, id est, inficit lacca, pan-nos, linea, & similia rubro colore, qui vulgo car-mefinus appellatur) & quod remanet ex ea super-fluens, ab eo quod est tintatum, est lacca quæ rema-net in manus tintorum, & ipsa defertur ab Armenia, & est calida & sicca, in secundo gradu, aperit opilatio-nes &c. Videl lector cur Myreplus η βαρφαν addiderit, nempe ut doceret hanc laccam diversam esse ab altera, qua tintor nondum est usus. Laccam & hodie infectores expetunt. Quomodo abluatur vide apud Ger-sonem. Concede Lector hac occasione quædam de lac-ca dicantur. Scio commodius id fieri posse lib. 9. ubi aromatum recenseret Historiam magister; sed hæreo an-talis dabitus occasio. De laeca nativitate, ac genera-tione hæc ex Rhazi Serapio. Cadit ex celo super ramos arboris græbera, id est mespili, in partibus sifret, in insulis maris, & calida & sicca est, aperit opilationes &c. Aliam ab hac diversam refert Garcias oculatus testis, qui tem-poribus Caroli Quinti, & Philippi secundi Hispaniarum, Indiarumque regis, temporibus vixit. Conveni, inquiet tandem virum apprimè honestum, & curiosum diligentemque, qui istuc fuerat. dixit is vafiam arborem illuc inueniri, foliis quodammodo pruni (uti addita tabella ostendit) hunc ramulum à nostratis nautis anno 1629. ex Indiis redu-cibus ære meo redemi) in cuius surculus & minutioribus ramū magna formica, in terra visceribus aliis locis enatæ. banc laccam elaboratur (ut apes mel conficiunt) materiam ex ipsa arbore fugentes: hos deinde ramulos, ab arbore re-velli, atque in umbra siccari, donec iis excedentibus, lacca ipsa, veluti in manibus concreta, maneat; interdum ta-men ligni fragmenta inbædere; meliorem tamen censi, que sincera sit, lignique fragmenorum expers: eam vero cui in-bæcent fragmenta deteriorem, inueniri etiam valde impu-ram, quam postea colliquarent, & in pollinem reducent; viliorum tamen censi, quoniam multam terram admix-tam haberet. Idem postea verum esse didici in Balagnate profectus, ubi nonnulla nascitur, & reservatur, quam de-inde in proximos portus exportent, &c. Formicas autem banc laccam elaborare, inde manifestum est, quod plerum-que alæ formicarum, lacca permixta conficiuntur. Præ-mansia autem hæc lacca pulcherrimo rubro insciit, quæ est deligiendi ratio — Non est ea arbor in qua lacca elabo-ratur, myro similis aut facie, aut magnitudine ut quidam volunt; sed interdum in nucis juglandis magnitudinem ex crescere, interdum minor est. Haec tenus Garcias. Folio-la istius ramuli, cuius figuram expressam exhibemus, pruno comparari optimè possunt; verum nonnihil hir-suta sunt, & colore dilutiore, ac forma oblōgiore. Lacca quæ circa ramulos adhæret commanducata, cum re-cens erat, pulcherrimo sanguineo colore sputum inscie-bat. Quod etiam omnium lacca quæ ad nos, circa ramulos elaborata advehitur, quamvis prædura & exsucca, præstat. Immo alutas & vervecinas pelles illa contusa,

## Laccæ ramulus cum foliis.



& urina veteri macerata, rubro colore ex altera parte infici quidam volunt. Restat inquiramus an lacca veteribus cognita fuerit. Affirmare id videntur Arabes, cum ea quæ de cancamo scripsere Græci, de lacca referant. Serapio loco citato. Sac, id est, lacca. Dioscorides. Est gummi arboris quæ nascitur in terris Arabum, & est in ea simile myrræ, & storaci — Galenus in translationem Athabarich. Lacca est gummi arboris, quæ nascitur in Arabia, & est simile myrræ, habens odorem bonum, & administratur in fumigiis, & habet virtutem, quæ macrescere facit pingues multum, & aperit opilationes hepatis, & lienis. Avicenna lib. 2. tractatu secundo cap. 432. Lacca quid est dixerunt quidam, de quibus est Paulus. (melius quam Serapio, nam Galenus ejus non meminuit) est gumma herba similis myrræ, boni odoris, & oportet quidem ut administretur cum cautela. Hæc eadem de cancamo Græci. Dioscorides lib. I. cap. XXII. κακάνης δέκροντι σερίγειον περιστοιχός (verus περιστοιχός) βραυόδεις οὐ τῇ γένουσι, ἀπὸ αἰθυμάτων γεννώνται. ωτογενεῖσται τῇ τῷ μὲν ιψένα ιερὰ στεφάνη τῇ σύριγχῳ. δέκραμνον τῇ ιεράκων τῇ ιεράκων περιπλάνη τῷ κρατητικῷ, τελοβόλον τῷ θηρῶν πούρων σὸν υδροπονίαν οὐδὲν ηδεύμελην ἐφιγεῖς οὐδεῖται ηδεύμελην. Cancamum est ligni Arabici lachryma, myrram quadantenus referens, virosi gustus: qua quidem tanquam suffimento utuntur, ea quoque uestes additis myrræ & styrace suffumigantur. Porro corpora obesa emaciandi vim habere perhibetur, si ternum obulorum pondere, ex aqua aut aceto mulso plusculos dies extibatur; datur & lienosis. Egineta lib. 7. κακάνης δέκροντι ηδεύμελη σερίγειον περιστοιχός, εὐάδεις, φὶ τῇ θυμασιατικῇ γεννώνται. δέκραμνον τῇ ιεράκων τῇ ιεράκων περιπλάνη τῷ κρατητικῷ, ηδεύμελην τῷ πούρων σὸν υδροπονίαν οὐδὲν ηδεύμελην ηδεύμελην. Cancamum lachryma est arboris in Arabia, myrræ similis, odore grato, qua etiam ad suffitum utuntur, vis ejus est obesos extenuare, abstergere, & aperire obstructa. Hujus non meminuit Galenus. Mirabitur lector, scio apud Galenum κακάνης fieri mentionem, sed aliud est κακάνης, aliud κακάνης. Cancamum lachryma est, cancamum radix. Sic enim lib. 7. simpl. Galenus, κακάνης η̄ πίστισιν οὐδὲν οὐδὲντον τῇ μετρίᾳ ηδεύμελης εσιστεῖ πακυστεῖς εμπλαστικῆς. Cancani radix facultatem habet, mordacitatem expertem, & modice exsiccantem, essentiam crassam & plasticalam. Apud Eginetam non κακάνης est,

sed κακάνης, quæ verior doctoribus lectio videtur. Κακάνης, inquit, η̄ πίστισιν μετρίως ιστὶ κακή αδηκτός, εμπλαστική — Mitto hæc. Recentiores Græci non κακάνης, sed κακάλος dixerunt; si modo rectè apud Hesych. legitur. κακάλος, (inquit,) παρ' ίδιος ηδεύμελην κακάνης. Cancalon apud Indos ligni lachryma & suffitus. Illud nunc inquirendum, an cancamum Græcorum, & Arabum lacca, una eademque res sit. Descriptio est eadem; una itaque eademque res sit oportet. Difficilius judicatu an lacca, quæ luis bacillis inhæret, sit lacca Arabum, & cancamon Græcorum. Affirmant hoc Scaliger & Mathiolus. Negant plures, botanici, medici, philosophi, historici, litteratores. Botanici, Medici, Philosophi his argumentis ex Garcia ab hortolumbris utuntur, quod lacca in India, cancamum vero in Arabia nascatur. Item, quod lacca res quædam congettita sit circum ramulos arboris, quam formicæ quædam alatae elaborant, sicut apes mel & ceram in favis luis congerunt, quod ita se habere ex Garcia ostendunt, atque ex laccæ forma concava & tubulosa, insertos adhuc furculos retinente. Cancamum vero lachryma est. Lachryma vero est liquor, qui sua sponte ex plantæ aliquis parte promanat, & concrescit, idque vel in gummi vel in resinam. Addit tertium argumentum litterator Doctiss. Cancamum myrræ similis est lachryma, lacca vero parum similitudinis cum myrrha habet. Substantia enim fragilis, dura, color pellucidus, rubeus, sapor non amarus; myrræ substantia pinguis, & lenta, color non semper rubeus, sæpe varius, sapor amarus. Quartum; cancamum est viroso gustus: lacca vero caret, viroso, horrido, aut malo sapore, quo offendat; immo sapore caret. Quintum; Cancamum odoratum est, lacca odore caret. Sextum, cancamum veteres ad suffitum usurparunt; lacca ut hodie; ita & olim ad pannorum tinturas utebantur; ut ipse testatur Serapio. Ultimum argumentum; cancamum extenuat obesos — lacca exsiccat & calfacit ordine secundo, ventriculum & jecur roborat, obstructions aperit. Ad hæc respondeo; primum argumentum nullius valoris esse. Dioscorides Græcique reliqui, in Arabia quidem nasci scripserunt, à mercatoribus qui id retulerunt, decepti; ut etiam in agallochi historia, quod in Arabia provenire scribunt; cum teste Garcia, ab Arabibus in India ematur. Sic costum in Arabia nasci referunt, cum tamen Garcias nullum in Arabia, sed India sponte natum costū reperiiri memorie prodidit. Contra veteres Græci Thuris locum natalem asserunt Indiam, cum omne Thusquod Indi consumunt ex Arabia deferatur. Ad secundum hæc respondeo; nemo, nisi à viris probata fidei esset edoctus, crederet laccam non esse gummi quædam; & hæc causa est cur Doctiss. & exercitatisimus Mathiolus fidem Amato Lusitano non adhibuerit, cum idem, quod Garcias, scriberet. Laccæ hanc miram generationem, Græcis veteribus incognitam fuisse, mirum videri non debet, India enim ipsis non fuerunt tam nota ac apertæ, neque navigationes ita expeditæ, ut Batavis ac Lusitanis. Mercatores etiam vix anno quinto reverti poterant, quo temporis spatio multi in itinere peribant. Et ideo inquit Plinius lib. xii. cap. xix. Perfectam aromatum historiam consequi non potuimus. Hinc factum, multa fabulosa ac varia de iis scripserit antiquitas. Gummi itaque arboris cum cancamum esse tradit Dioscorides, non facit ut cancamum non sit lacca; quia lacca non est gummi arboris. Eodem arguento dicam, sericum quo veteres utebantur, non esse idem cum nostro serico. Quia sericum illud, ex arbori lanugine depicti prodiderunt; nostrum vero lanificio verium fit. Cancamum, aut laccam gummi esse arboris, aut in arborem à cœlo delabi, tradunt Arabes. Nempe nesciverunt, opera grandium formicarum, elaborari, & circa ramulos arborum congeri. Mannam recentiores omnes fieri à vaporibus calore solis elatis, non longe à terræ superficie, concretis frigore nocturno, non secus ac ros aut pruina. Nonnulli tamen sese contrarium experientia didicisse affirmant, certisque argumentis probant esse gummi arboris, quorum argumenta supra lib. 3. refutavimus. Idem de lacca fieri potest, quod sit gummi arboris, quo delectentur formicæ, eaque de causa ex super laccam reperiantur. Quod tamen quia experientia non didici, nec quenquam habeo qui se observasse dixit, asserere non possum. Nautæ à quibus ramulum de quo supra, de generatione nihil scire se ajebant. Ad tertium respondeo; quod veterū nemo myrræ similem esse scripserit, multo minus simillimum esse; sed quandam dicunt simili-